
عَنِيدٌ *Pl.* عُنُدٌ Contumax, repugnans iusto et vero. *Kam. Djeuh.*

العندية Nomen sectae eorum, qui contendunt, res re vera exsistere persuasione nostra, ut, si persuasi simus, rem quandam esse margaritam, haec res sit re vera margarita *etc. Tarifat.*

العنادية Nomen sectae. Negant autem res re vera exsistere, et contendunt, eas esse nonnisi imaginatione productas sicut figuras in superficie aquae. *Tarifat. Tum vocabulum* عنادية *his quoque verbis explicatur:* العنادية هى القضية التى يكون الحكم فيها بالتنافى لذات الجزئين مع قطع النظر عن الواقع كما بين الفرد والزوج والحجر والشجر وكون زيد فى البحر وان لا يغرق.

عِنْدَأْوٌ Audax. *Kam.*

عِنْدَأْوَةٌ Difficultas, perplexio. *Kam.*; Magna calamitas. *Kam.*; Asperitas. *Kam.*; Audax. *Kam.*; Astutia. *Kam.*; Dolus. *Dicitur* تحت طريقتك لعنداوة Sub silentio tuo, dum oculos in terram demittis, dolus latet. *Kam.*

مُعَنْدَبٌ Iratus. *Kam.*

عَنْدَبِيلٌ Nomen avis minoris, quam ea, quae ابن تُمَّرَة appellatur, *vel pro* عندليب.

عَنْدَرَ Vehemens fuit (*pluvia*).

عُنْدُقَةٌ Pars ima ventris ad umbilicum. *Kam.*

عَنْدَلَ 1) Firmos habuit nervos (عصب) *camelus. Kam.*; 2) Modulata fuit *luscinia. Kam.*

عَنْدَلٌ *gen. comm.* Magno capite praeditus, *de camelo. Diw. Huds.*; *F.* ة Longus *camelus. Kam.* عندلة Mulier mammosa, magnis praedita mammis. *Kam.*

عَنَادِلَانِ Duo testiculi. *Kam.*

عَنْدَلِيبٌ *Pl.* عَنَادِلُ Luscinia. *Kam.*

عَنْدَلِيلٌ Passer avis. *Kam.*

عَنْدَمٌ Sanguis draconis (دم الاخوين), *aliis* Lignum Bresillum (بَقَّم). *Kam. Dj.*

عَانِدَةٌ Inferior pars auris et menti. *Kam.*

عَنْدَى Instigavit, impulit *c.* ب. *Kam.*

عُنْظُبَانٌ Prava indole praedita *mulier. Kam.*

عَنَزَ 1) Declinavit, deflexit *ab c.* عن. *Kam.*; 2) Confodit velitari hasta *c. a. p. vid.* عنزة. *Kam.* IV Fecit, ut declinaret *c. a. p. Gol.* VIII Decessit ad latus. *Djeuh.*

عَنْزٌ *Pl.* أَعْنُزٌ, عُنُوزٌ, عِنَازٌ Capra. *Kam. Dj.*, *etiam* capra ex dorcadum et ibicum genere. *Djeuh.*, *et* caper (*quod non probandum*). العنز Nomen stellae in signo Aurigae. للعناز Stellae in signo Aurigae. *conf. Ideler Untersuch. etc. p.* 90 *sq.*; Femina aquilae. *Kam. Dj.*; Femina otidis et vulturis. *Kam.*; Avis aquatica. *Kam.*; Nomen piscis maioris, quem vix mulus portare potest. *Kam.*; Collis niger. *Kam.* *Prov.* هما كَرُكْبَتَي العَنْزِ *quod* in duobus *adhibetur*, qui de gloria certant, *quoniam eorum genua ambo, quum procumbere volunt, simul decidunt.* *Prov.* لقى قَوْمُ العَنْزِ de eo *adhibetur*, qui rei occurrit, quae ei interitum parat.

عَنْزَة Capra annicula (كتاب الاضداد).

عَنَزَة Hasta brevis et velitaris, ferramento infra munita inter عصا et رمح media. *Kam. Dj.*; Animal mustelae simile, *aliis* animal, quod camelum a parte posteriore invadit. *Kam.*; Extremitas securis. *Kam.*

عَنِيز Infortunio afflictus. *Gol.*

مُعَنَّز Qui parvo est capite; Parum carnosus; extenuatus *facie c. gen.*; Hircina praeditus *barba c. gen. Gol.*

مَعْنُوز Infortunio afflictus. *Gol.*

عُنْزُب Rhus obsoniorum. *Kam.*

عَنْزَرُوت Sarcocalla. (*rectius* انزروت.) *Gol. ex Meid.*

عَنَسَ *F. i. et o.* 1) *n. a.* عَنْس Inflexit, invertit *lignum c. a. r. Kam.*; 2) *n. a.* عِنَاس, عُنُوس Diu apud parentes innupta mansit iam adultior *virgo. Kam. Dj.*; 3) Immutavit *faciem aetas c. a. Hamas.* b) عَنِسَ 1) Diu apud parentes innupta mansit *virgo* adultior. *Kam.*; 2) *n. a.* عَنَس Inspexit quovis tempore in speculum. *Kam.* II Diu apud parentes innupta mansit iam adultior *virgo. Kam. Dj.*; *n. a.* تعنيس Domi innuptam diu detinuit *puellam c. a. Kam.* IV Diu apud parentes innupta mansit iam adultior *virgo. Kam.*; Mutavit *rem c. a. r. Kam.*; Mutavit *faciem senectus c. a. Kam. Dj.* XII Multis et longis pilis instructus fuit, *de cameli cauda. Kam.*

عَنْس Camela robusta ac firma. *Kam. Dj.*, *aliis* Multos et longos in cauda pilos habens. *Dj.*; Petra. *Reisk. ad Gol.*; Aquila. *Kam.*

عَانِس *Pl.* عُنْس, عُنَّس, عُنُوس, عَوَانِس Diu apud parentes supra aetatem innupta manens *puella. Kam. Dj.* *Dicitur* جارية عانس; Adultior in caelibatu manens *iuvenis. Kam. Dj.*; *F.* ة Pulcher, obesus, perfectus. *Kam.*

عَنَّاس Speculum. *Kam.*

عَنْسَل (*conf.* عَنْس) Camela robusta. *Diw. Djer.*

عَنَشَ 1) Inflexit, incurvavit *rem c. a. Kam. Dj.*; 2) Propulit, abegit *c. a. Kam.*; Impulit, propulit *hominem vel bestiam c. a. Kam.* III Manum collo *alterius* iniecit, *pec.* in pugna. *Kam. Dj.* VI *Id. de plurib. Vit. Timur. T. I. p.* 392 *ed. Mang.* VIII Manu collo iniecta pugnavit. *Kam. Dj.*; Iniuria affecit *c. a. p. Kam.*

عِنَاش Cum adversario dimicans. *Kam.*

عِنْوَاش Procera *camela. Kam.*

عُنْشُوش Reliquum *opum*, *pecorum. Kam.* *Dicitur* ما له عنشوش Nil possidet.

أَعْنَش Sex digitos habens. *Kam.*

مَعْنُوش *F.* ة Longus (*de collo*). *Kam.*

عَنْشَطَ Iratus fuit. *Kam.*

عُنْشُط Malus indole. *Kam. Dj.*; Longus. *Kam. Dj.* *Dicitur* امراة عنشط *et* امراة عنشطة. عَنْشَط *et videtur esse* nomen plantae Acalypha fruticosa. *Forsk. Flor. Aegypt. Ar.* 161.

عَنَشَّط *Pl.* عَنَاشِطَة Malus indole. *Kam. Dj.*; Longus. *Kam. Dj.*

عَنْشَنْش *Fem.* ة Longus. *Kam.*; Levis ac celer *homo*, *equus. Kam. Dj.*

عَنْشَنَشَة Cursus celer.

عُنْصَاةٌ, عِنْصُوَةٌ, عِنْصُوَةٌ et عُنْصُبَةٌ Pl. عَنَاصٍ Exigua dispersaque pars, *de plantis aliisque rebus. Kam.*; Reliqua pars, *pec.* ex semisse ad trientem, *opum. Kam.*; Grex camelorum vel ovium. *Kam.* ما بقى من ماله الا عناص Parva pars opum eius relicta fuit. *Kam.*

أَعْنَصَ Nonnisi paucos in capite crines habuit relictos. *Kam.*

عُنْصُرٌ Malum, infortunium. *Kam.*; Sollicitudo. *Kam.*; Necessitudo. *Kam.*

عُنْصُرٌ (*et* عُنْصَرٌ) *Pl.* عَنَاصِرُ, عَنَاصِيرُ Origo genusque hominum *etc. Kam. Dj.*; Substantia; Elementum, *ut ignis, aqua, aër, terra. Elementa in duas partes dividuntur, in levia, sc. ignem et auram, et gravia, sc. terram et aquam. Sic enim legitur in libro* تعريفات *inscripto*: العنصر الخفيف ما كان اكثر حركته الى جهة الفوق فان كان جميع حركته الى الفوق فخفيف مطلق وهو النار والا فبالاضافة وهو الهوا — العنصر الثقيل ما كان حركته الى السفل فان كان جميع حركته الى السفل فثقيل مطلق وهو الارض والا فبالاضافة وهو الماء.

عنصريّة Corpus elementare.

عُنْصِيف Aster *ericaefolius. Forsk. Flor. Aeg.* cxix, 150.

عُنْصُلٌ et عُنْصَلٌ (*tum* عُنْصُلَاء *et* عُنْصَلَاء؟) *Plur.* عَنَاصِلُ Caepa in agris nascens, quae et أسقال (Scilla) et بصل الفار appellatur. *Kam. Dj. conf. Avic. Can. L. II. p.* ٢٣٠. طريق العنصل Via, quae e Iemana ducit Bazram. طريق العنصلين Via, qua quis errat. *Dj. Meid.*

قَرَبٌ عَنْصَنَصٌ Iter nocturnum vehemens. *Kam.*

عَنَطٌ Longitudo colli et pulchritudo, *aliis* longitudo *generaliter. Kam.*

عُنْطُيَان Initium iuventutis. *Kam. Dj.*

أَعْنَطَ Produxit filium longum. *Kam.*

عَنَطْنَطٌ *F.* ة Longus. *Kam. Dj.*; Gutturnium. *Kam.*

عُنْظُوبٌ, عُنْظُبَاءُ, عِنْظَابٌ, عُنْظُبٌ, عُنْظَبٌ *Fem.* عُنْظُوبَةٌ *Pl.* عَنَاظِبُ Locusta corpulenta, *aliis* Mas locustae flavus. *Kam. Dj.*

عَنْظَرَ Cucurrit saliens ut capra. *Tausend u. eine Nacht. T. II. p.* ٨٣ *ed. Habicht.*

عَنْظَلَ *n. a.* عَنْظَلَة Cucurrit. *Kam.*

عُنْظُلٌ Domus araneae. *Kam.*

عَنْظَى Obscoena dixit vel narravit *alicui c.* ب *p.* (*Kam. sub* عنظ.)

عُنْظُوَان *Coll., nom. unit. c.* ة Species plantae ex حمض genere, ex cuius multo pastu ventrem dolent cameli. *Kam.*; Homo obscoenus, improbus. (*Djeuh. Kam. sub* عنظ.); Veneficus, qui philtris utitur. (*Kam. sub* عنظ.) عنظوانة *Plur.* عُنْظُوانات Locusta femina. *Domair.*

عُنْظُيَان Species plantae ex genere حمض; Homo obscoenus, improbus; Praestigiator; Initium iuventutis. (*Djeuh. Kam. sub* عنظ.)

عَنْعَنَةٌ Enunciatio tribui Tamim propria, qua Hamza cum littera ع (*ut* عَنْ *pro* أَنْ) permutant. *Kam. Dj.*

عَنُفَ *n. a.* عُنْفٌ Durus, violens fuit *alicui c.* على *p. vel* ب *p. Kam. Dj.* b) عَنُفَ *Id. Kam.* II *n. a.* تعنيف Dure et violenter tractavit *aliquem c. a. p. Kam.*; Duriter corripuit graviterque exprobravit *c. a. p. et* ب *r. Kam. Dj.* IV Dure, violenter tractavit *aliquem c. a. p. Kam.*; Incepit, aggressus fuit *rem c. a. r. Harir. p.* ٣٣٣. V Incommode et imperite aggressus fuit *rem.* VIII Cepit violenter *rem c. a. r. Kam. Dj.*; Primum fecit *c. a. r. Kam.*; Abhorruit, fastidivit, ferre non potuit *cibum, terram c. a. Kam. Dj.*; Incommoda fuit nec conveniens *terra*; Incepit, exorsus fuit *rem c. a. r.*; Ignoravit *rem*, *aliis* ad eam venit sine eius notitia *c. a. Kam.*; Migravit *e loco c. a. l. Kam.*; Depavit primas herbas *prati c. a. r. Kam.*

عُنْفٌ *et* عُنُفٌ Durities, violentia. *Kam. Dj.* هم يخرجون عُنُفًا عُنُفًا Exeunt illi unus post alterum. *Kam.*

عُنْفُوَةٌ Initium. عُنْفُةٌ Initio. *Dicitur* كان ذلك منا عنفة. *Kam.*

عَنَفَةٌ Res, quae aquae vi mota vertit molam. *Kam.*; Spatium, quod est inter duas segetis series. *Kam.*

عَنِيفٌ *Pl.* عُنُفٌ Violens et durus in equitando. *Kam. Dj.*;

Durus verbis et violens incessu. *Kam.*; Vehemens, *de incessu.*

اعْتِنَافًا *i. q.* ائْتِنافًا Initio. *Kam.*

طريق معتنف Via non recta. *Kam.*

ابل مُعْتَنِفَة Cameli, quibus non convenit regio. *Kam. Dj.*

عَنْفَاجِيج Amplum spatium inter pudenda (فروج) habens, *aliis* vehemens et immorigera, *aliis* annosa, crassa camela. *Kam.*

عِنْفِس Vilis, brevis. *Kam.*

عَنْفَشَ Densus fuit, *de barba. Kam.*

عُنْفُش Prolixa ac densa *barba* praeditus. *Kam.*

عُنَافِش *et* عَنْفَشِيش *Id.*

عِنْفِص Mulier impudica. *Kam. Dj.*; Parvo corpore praedita et multum se movens. *Kam.*; Multum turpis *femina. Kam.*; Brevis, astuta, sibi placens. *Kam.*; Vulpis catulus fem. *Kam.*; Prava indole praeditus *vir. Kam.*

عُنْفُصَة Garrula. *Kam.*; Foetida. *Kam.*

تَعَنْفَصَ Sibi attribuit, quod non habuit.

تَعَنْفُص Levitas animi. *Kam.*; Arrogantia, superbia. *Dicitur* بِهِ تَعَنْفُص. *Kam.*

عُنْفُط *F.* ة Vilis, pravus indole. *Kam.*; Melis, taxo. *Kam.*; Interstitium inter duas mystaces usque ad nasum. *Kam.*

عَنْفَق Levitas rei. *Kam.*

عَنْفَقَة Pili, qui existunt inter labium inferius et mentum. *Kam.*

عَنْفَك Fatuus, *et tum* fatua. *Kam.*; Gravis, molestus, impolitus. *Kam.*

عَنْفَلُول Senecia *badiensis* (*et* سلع *appellata*). *Forsk. Flor. Aeg.* cxix, 150.

عُنْفُوان *et* عُنْفُو Principium *rei*, *pec. vigoris iuvenilis. Kam. Djeuh. conf. Hamas. p.* ٣٩٩ *et Harir. p.* ٣٣٣. يخرجون عنفوانا Exeunt unus post alterum. *Kam.*

عَنَقَ Intravit latibulum *mus campestris*; Caput cum collo in latibulo abdidit *lepus. Gol.* II Incessit *super eo* et eminuit *c.* على. *Kam.*; Prominuere *nates. Kam.*; Longi fuerunt, *de floribus palmae. Kam.*; Intumuere iam fere maturi dactyli. *Kam.*; Frustravit *c. a. p. Kam.*; In collo arripuit *aliquem c. a. p. Kam.* (*ab* عنق). (*Ita Muhammedis verba explicantur* ما كان ينبغى لك ان تعنّقيها, *aliis autem* frustrandi *significatio inesse videtur. Sunt quoque, qui legant* تعنّكيها.); Disiecit pulverem *ventus. Gol.* III *n. a.* معانقة Manibus collo iniectis ad se attraxit, amplexus fuit (*in amore adhibetur*) *c. a. p. Kam. Dj.*; Incessit *iumentum* modo, qui عَنَق dicitur. *Gol.* IV Collari cinxit *canem c. a. vid.* معنقة. *Kam. Dj.*; Longa fuit et spicata *seges. Kam.*; Modo عنق appellato incessit (*equus*). *Dj.*; Protenso collo incessit; Occiderunt *Plejades. Kam.*; Dispersit pulverem *ventus. Kam.* V Latibulum muris campestris (عانقاء) intravit. *Kam.*; Abscondit caput et collum in latibulo suo *lepus. Kam.* VI *De duobus* Invicem se amplexi sunt prehensis inter se collis *amore ducti. Kam. Djeuh.* VIII Manibus collo iniectis in pugna se arripuerunt *c. a. p. Kam. Dj.*

عُنْق, عُنُق (*gen. comm.*), عُنُق *Pl.* أَعْنَاق Collum. *Kam. Djeuh.* عنق الحية Nomen stellae *α* in collo anguis. *Ideler Untersuch. p.* 97. عنق الشجاع Nomen stellae in Hydra. *Ibid. p.* 269. هذا فى عُنُقى Hoc mihi officium est persequendum. *conf. librum meum Selecta ex hist. Halebi p.* 72 *adnot.* المؤذنون اطول الناس أَعْنَاقًا Praecones sunt omnium hominum maxime occupati, *aliis* principes. *Kam.* (*alia vero lectio est* إِعْنَاقًا). كان ذلك على عُنُق الدهر Antiquo tempore hoc fuit. هم عنق اليك Illi te exspectant. *Kam. Dj.* اعناق الريح Pulvis in aërem elatus. *Dicitur* قد رأس اعناق الريح. *Kam.*

عُنْق Proceres hominum, principes. *Kam.*; Turba hominum. *Kam.*; Inferior pars ventriculi animalis ruminantis. *Kam.*; Frustum panis. *Kam.*

عَنَق Longitudo colli. *Kam.*; Genus incessus celeris camelini vel equini. *Kam. Dj.* (*conf.* نميل), qui protenso

fit collo et latius diducto passu (*ut fere quum incalescit iumentum et defatigari coepit*). *Gol.*

يومُ عانِق Dies quidam pugna inter Arabes notus. *Kam.*

عَنَاق *Pl.* عُنُوق, أَعْنُق Capella. *Kam. Dj.* (*De caprae pullo fem. nondum anni spatio peracto adhibetur.* كتاب الاضداد.) *Proverb.* العنوق بعد النوق *de paupertate, quae opulentiam secuta est, adhibetur. Kam.*; Melis, taxo (*apud Persas* سياه كوش *appellatum animal*). *Kam. Dj.* عناق الارض Nomen ferae et تفه appellatae. Minor est, quam lupus cervarius (فهد). Venatur ipsas aves. *Domair.* عناق الارض Stella γ in pede Andromedae. *Ideler Unters. p.* 126; Infortunium. *Kam. Dj.*; Negotium durum. *Kam. Dj.*; Frustratio. *Kam. Dj.*; Media stella earum, quae بنات نعش appellantur. *Kam. conf. Ideler Unters. etc. p.* 19; Decimae duorum annorum. *Kam.*

عَنِيق Collum. *Kam.*; Qui alium collo prehendit amplectiturve. *Kam. Dj.*; Incedendi modus, qui et عَنَق appellatur. *Diw. Huds.*

عَنَاقَة Frustratio. *Kam.*

عانقاء Latibulum muris campestris. *Kam.*

أَعْنَق *Fem.* عَنْقاء Longus collo. *Kam. Dj.*; Parte colli albicans *canis. Kam.*; Admissarius quidam celeber equorum; *inde* بنات أعنق Equi, qui ab hoc admissario originem duxerunt. *Kam.*; *Fem.* عنقاء Collis supereminens monti. *Kam.*; Gryps avis ingens et fabulosa, quae avium imperium exercet. *Kam. Dj. conf. Harir. p.* ٥٩٤; Infortunium. *Kam. Dj.*

تُعْنُوق *Pl.* تَعَانِيق Campus planus. *Kam.*

مُعْنِق *F.* ة Prominentior et aspera *terra*, quam circumiacet campus. *Kam.*; Elatus. *Kam.*

مِعْنَاق (*aliis c.* ة) *Pl.* مَعَانِيق Egregio collo praeditus equus. *Kam.*; Modo عنق appellato incedens *equus. Kam.*

مُعَنَّق Longicollis. *Reisk. ad Gol.*

مُعْتَنِق Locus, ubi in montibus colles prodeunt e vapore meridiano. *Kam.*

مُعَنْقَة Pars incurva petrarum. *Kam.* بلد مُعَنْقَة Terra, in qua propter annonae inopiam nemo consistere potest. *Kam.*

مُعْنِقَة Collare. *Kam. Dj.*; Mons parvus ante arenam. *Kam.* (*Scribendum esset secund. regulam* مُعْناقَة, *quod Pluralis est* معانيق. *Kam.*)

مُعَنَّقَة Animalculi nomen. *Kam.* المعنّقات Longi (*de montibus*). *Kam.*

عُنْقُب Oncoba *spinosa. Forsk. Flor. Aeg.* CXIII.

عنقوت (*et* عين قط) Antemis *arvensis* (?). *Forsk. Flor. Aeg.* LXXIV.

عَنْقَد Mugil *chanos. Forsk. descript. anim.* XIV, 74.

عُنْقُود, عُنْقاد *Pl.* عَنَاقِيد Racemus in vite. *Dj.*; Vinum. *Gol. ex Meid. vid.* عقد.

عُنْقُر, عُنْقَر *nom. gen.* (*nom. unit. c.* ة) Radix arundinis, *aliis* primum eius germen. *Kam.*; Papyrus, *aliis* dum adhuc albicat. *Kam.*; Cor aut medulla palmae. *Kam.*; Stirps genusque viri. *Kam.*; Filii eorum, qui دهاقين appellantur. *Kam.*; Camelae nomen praestantes camelos gignentis. *Kam.*

عُنْقُرَة Femina nisi. *Kam.*

عَنْقَرِيط Argonauta argo (*conchyl.*). *Forsk. descript. animal.* XXXII.

عَنْقَز Veretrum asini. *Kam.*; Amaracus. *Kam. Dj.*

عَنْقَزَة Vexillum. *Kam.*; Venenum. *Kam.*; Infortunium. *Kam.*

عَنْقَس Versutus, turpis. *Kam.*

عَنْقَش *n. a.* عَنْقَشَة Adhaesit *rei c. a. r. Kam.* II Firmiter torquendo adhaerere factus est *rei c.* ب *r. Kam.*

عَنْقَش Macies. *Kam.*

عَنْقاش Vilis. *Kam.*; Is, qui per vicos circumit et res vendit. *Kam.*

عَنْقَفِير Infortunium. *Dj.*; Scorpio. *Kam.*; Mulier clamosa atque impudens. *Kam.*; Ita crassus, ut eius occiput paene tangat humerum, *camelus. Kam.*

عَنَكَ 1) *n. a.* عَنْك, عُنُوك Coagmentata et elatior fuit *arena*, viae expers. *Kam.*; Spissum fuit *lac. Kam. Dj.*;

2) Nonnisi reptando per eiusmodi arenas incedere potuit *camelus*; 3) Difficilis et immorigera fuit *marito mulier*. *Kam.*; 4) Valde ruber fuit, *de arena, sanguine*. *Kam.*; 5) Abiit, profectus fuit in terram. *Kam.*; 6) Irruit et recessit *equus*. *Kam.*; 7) Clausit *portam c. a.* *Kam.* IV Clausit *portam c. a. r. Kam.*; Mercaturam exercuit in vestibus. *Kam.*; Incidit in multam arenam. *Kam.* V Coagmentata et difficilis transitu fuit *arena*. VIII Per arenas coagmentatas vix incedere potuit (*camelus*). *Kam. Dj.*

عِنْكٌ *et* عُنْكٌ Potior pars noctis tenebrosa, *aliis* Pars noctis a prima parte usque ad tertiam, *aliis* Pars eius tertia adhuc reliqua. *Kam. Dj.*; Maxima, potior pars cuiusl. rei. *Kam.*; Porta. *Kam.*

عُنْكٌ Origo, fundamentum, radix. *Kam.*; *et idiom. Ieman.* Porta. *Dj.*

عُنُكٌ Origo, fundamentum, radix. *Kam.*

عَانِكٌ Difficilis transgressu, *de arena*. *Dicitur* رملةٌ عانكٌ. *Kam.*; Adsiduus. *Kam. Dj.*; Mulier obesa. *Kam.* (*Quae vero apud Djeuharium huius vocis significatio* rubicundi *sanguinis legitur, ea nonnisi voci* عاتك *tribuenda videtur Firuzabadio.*)

عَنِيكٌ *Pl.* عُنْكٌ Coagmentatus, elatior, *de arena*. *Kam.*

مِعْنَكٌ Instrumentum, quo clauditur porta. *Kam.*

عَنْكَبٌ *Pl.* عَنَاكِيبُ, عُكُبٌ, عِكَابٌ *et* عَنَاكِبُ Aranea. (*Domairio est* عنكب aranea mas.)

عَنْكَبَاةٌ Aranea femin. *Kam.*

عَنْكَبُوتٌ (*masc. et fem.*), عَنْكَبَاةٌ (*et* عَكْنَبَاةٌ) *et* عَنْكَبُوةٌ *Pl.* عَنْكَبُوتَاتٌ, عَنَاكِبُ Aranea *fem.* (*De aranearum telis, quomodo iis in medicina utantur, vide Avic. Can. L. II. p.* ٢٣٢.) بيت العنكبوت Araneum.

عَنْكَدٌ Durus, *et* Stupidus. *Kam. conf.* عنكل.

عَنْكَرَ Adiposus factus est, *de cameli gibbo*. *conf.* أعكر.

عَنْكَرَةٌ Camela magna. *Kam.*

عَنْكَشَ Arescere coepit *herba*. *conf.* تعكّش. II *Idem.* *Kam.*

عَنْكَشٌ Negligens ac sordidus, nec unctionem nec ornatum curans. *Kam.*

عَنْكَلٌ Durus. *Kam. conf.* عنكد.

عَنَمٌ *nom. gener.* Arbor quaed. Hidjasi fructum rubrum ferens, cui digiti tincti comparantur. *Kam. Dj. conf. De Sacy Chrest. Ar. T. II. p.* 415 *sq. ed. alt.*; Virgae rubrae, quae crescunt in interiore parte arboris سمرة appellatae. *Hamas.*; *aliis* Extremitates siliquae (خروب) Syriacae. *Kam. Dj.*; Fila seu capreoli, quibus de pergula suspensa haeret vitis. *Kam.*; Spina arboris طلح dictae. *Kam.*; Species lacertae. *Kam.*

عُنْمَةٌ Fissura labii humani. *Kam.*

عَيْنُومٌ Rana mas. *Kam.*

عَنَمِيٌّ Pulcher ac rubescens, *de facie*. *Kam.*

أَعْنَمَ Depastus fuit عنما *camelus*. *Kam.*

بنان مُعَنَّمٌ Tincta digitorum extremitas. *Kam. Dj.*

عُنَاهِجٌ Procerus. *Kam.*

عَنَا *F. o.* 1) Anxit *res aliquem*. *Kam.*; 2) *n. a.* عُنُوٌّ Humilis, demissus fuit, Concidit *facies*. *Dj.*; 3) *n. a.* عَنَاءٌ, عُنُوٌّ Detentus fuit *inter eos* degitque *captivus c.* فى *p. Kam. Dj.*; 4) Accidit *alicui res c.* ب *p. Kam. Dj.*; 5) Difficilis et molesta fuit *res c.* على *p. Kam.*; 6) *F. a. i. et o.* Protulit, exhibuit *c. a. Dj.*, *herbas terra c.* ب. *Kam. Dj.*; 7) Accessit *rem* et odoratu exploravit *canis c. a. r. Kam.*; 8) Non continuit, emisit *uter aquam c.* ب. *Kam.* b) عَنِيَ Fuit degitque captivus *inter gentem c.* فى. *Kam.* II *n. a.* تَعْنِيَةٌ Captivum habuit detinuitque *c. a. p. Kam. Dj.*; Merda ac urina commistis (عنيّة) illivit scabiosum *camelum c. a. Kam. Dj.* IV *Praet.* أَعْنَيْتُ Supplicem reddidit *c. a. p. Dj.*; Manifestum fecit *c. a.*; Eduxit *c.* ب. *Kam.*; Produxit *plantas terra c.* ب. *Kam. Dj.* VI Se humiliavit. *Taus. u. eine Nacht. T. II. p.* ٢٠٣ *ed. Habicht.*

عَانٍ *Pl.* عُنَاةٌ *Fem.* عَانِيَةٌ *Pl.* عَوَانٍ Captivus. *Kam. Dj.*; Fluens, fluidusve *sanguis*. *Kam. Dj.* العوانى Mulieres. *Kam.*

عَنًا (*aliis* عِنْوٌ) *Pl.* أَعْنَاءٌ Latus tractusque *regionis, coeli*. *Kam. Dj.*

عِنْوٌ *Pl.* الأَعْنَاءُ Ex tribubus diversis hominum turba. *Kam. Djeuh.*

عَنْوَةٌ Res producta; Vis, *contra* Amor, amicitia. *Kam.*

عَنِيَّةٌ *et* تَعْنِيَةٌ Merdae ac urinae camelinae miscella, qua illinitur camelus scabiosus. *Kam.*

مُعْنًى (*pro* مُعَنًّى) Ignobilis *admissarius*, qui libidine affectus detinetur. *Kam.*

عُنْوَانٌ Titulus libri, *tum* Omnis res, qua altera indicatur. *Dicitur* الظاهر عنوان الباطن. *Kam. sub* عنّ. (*cum vocali Dhamma elegantior est enunciandi modus*).

عَنْوَنَ Titulo عنوان appellato instruxit *librum c. a. Kam.*

عَنَى *F. i.* 1) Voluit, intendit *aliquid dictis c. a. r. et* ب. *Kam. Dj.*; Significavit. يَعْنِي Significat, *i. e.* scilicet; 2) *F. i. n. a.* عَنَايَةٌ Anxit *res aliquem c. a. p. Kam.*; 3) Accidit, provenit *res. Kam.*; 4) Eduxit, produxit, protulit *terra herbas c.* ب. *Kam. Dj.*; 5) *F. a. et i.* Bene profecit *cibus alicui c.* فِى *p. Kam.*; 6) عَنِيَ *n. a.* عَنَاءٌ Lassus fuit. *Kam. Dj.* b) عُنِيَ Curae habuit *rem*, sollicitus fuit (*hoc ut* عَنِيَ *rarius adhibetur pro octava*). *Kam. Dj.* II Lassavit *c. a. Kam. Dj.*; Affixit, contristavit *c. a. p. Harir. p.* ١٠٤; Siccata urina inunxit *camelum*, *quod contra scabiem fit c. a.*; *Praeter.* عَنَّيْتُ (*pro* عَنَّنْتُ) Titulo instruxit *librum c. a. r. Dj.* III Curavit *opes c. a. Kam. Dj.*; Studium impendit *c. a. r.*; Pertulit molestiam *rei c. a. r. Dj. Tochfat Ichw. p.* 276. IV Captivum detinuit *aliquem c. a. p.*; Produxit, apparere fecit *c. a. r.*; Siccata urina inunxit *camelum contra scabiem*; Defatigavit *c. a. Kam.* V Defatigavit *c. a. Dj.*; Defatigatus, lassus fuit. *Kam.*; Cum cura incubuit *rei*, pertulit molestiam *eius c. a. Kam.* VI *De plur.* Studium mutuum impendit. VIII Curae habuit *rem*; Sollicitus fuit *re c.* ب *r. Kam.*

عَنٍ Sollicitus.

عَنَاءٌ عَانٍ Molestia magna. *Kam.*

عَنِيٌّ Paucus. *Gol.*

عُنِيٌّ Cura. *Gol.*

عَنَاءٌ *et* عَنْيَةٌ Molestia. *Kam.*

عَنَاةٌ Cura, sollicitudo. *Gol.*

عُنْيَانٌ *i. q.* عُنْوَانٌ. *Kam.*

عَنَاءٌ مُعَنٍّ Molestia magna. *Kam.*

مَعْنًى, مَعْنَاةٌ, مَعْنِيٌّ, مَعْنِيَّةٌ *Pl.* مَعَانٍ Significatio, sensus. *Kam. Dj.* مَعْنًى Interior rei conditio (*exteriori formae* صورةٌ *opposita*). الْمَعَانِي Venustae at arduae tam Corani, quam poëtarum sententiae. *conf. De Sacy Anthol. gramm. p.* 350.

جَمَلٌ مُعْنًى (*pro* مُعَنًّى) Camelus inclusus in septum suum. *Reisk. ad Gol.*

مَعْنِيٌّ Curam impendens, sollicitus *de re c.* ب. *Dj.*

مَعْنَوِيٌّ *et* مَعْنَاوِيٌّ Significativus. *Gol. ex Zjar.*

تَمَعْنَى (*Verbum a* معنى *formatum*) Cognovit rerum internam conditionem, et sensum allegoricum, *vel* Factus fuit معنى (*i. e.* res spiritualis corpore haud praedita). *conf. Les oiseaux et les fleurs p.* 188, *et* Sensum aenigmatis intellexit *c. a. r. ibid. p.* 77 *text. Ar.*

عَهٌّ Parum pudibundus, insolens. *Kam.*

عَهِبَ Ignoravit *c.* ب. *Kam.*

عَوْهَبَ In errorem induxit *c. a. p. Kam.*

عَيْهَبٌ Incommodus, insulsus, aliisque molestus, *de viro. Kam. Dj.*; Debilis, ut vindictae cupidini satisfacere non possit. *Kam.*; Multa lana densus *pannus. Kam. Dj.*

عَيْهَابٌ Seductor. *Kam.*

عِهِبَّى *et* عُهْبَاءٌ Initium (*iuventutis*). *Kam. Dj.*; Tempus (*regni*). *Kam.*

مُتَعَهْهِتٌ (*videtur pro* متعته) Stultus. *Kam.*

عَوْهَجٌ Longo collo praeditus, *de camela*, *struthiocamelo*, *dorcade. Kam. Dj.*; Camela iuvenca. *Kam.*; Longis pedibus instructus (*struthiocam.*). *Kam.*; Duabus lineis nigris per lumbos insignis dorcas. *Kam.*; Serpens. *Kam.*

عُهْخُعٌ Nomen arboris. *Kam.* *Aliis male scriptum legitur pro* عهعخ *vel* خعخع. *Kam.*

عَهِدَ *F. a.* 1) Praecepit, mandavit *c.* الى *p. et* ب *r. Kam. Dj.*; 2) Stipulatus fuit, Spospondit. *Kam.*; Testamento quid scripsit *alicui c.* الى *p.*, *tum* Successorem in imperio testamento constituit *aliquem*; Foedus pepigit. *Gol.*; Addixit, fideiussit, cavit *c.* ل *p. Gol.*; 3) Offendit *aliquem aliquo loco c. a. p. et* ب *l. Kam. Dj.*; Visitavit *c. a. Gol.*; 4) Servavit, Observavit *ius c. a. r. Kam.*; Satisfecit *promissis c. a. r. Kam.*; 5) Scivit, Novit *rem c. a. r. Kam. Harir. p.* ٣٦٢; 6) Verecundia ductus fuit. *Gol. ex Mar.*; 7) *Passiv.* Pluvia veris prima rigata fuit *terra c.* ب *l. Kam. Dj.* III Visitavit; Fidem dedit *c. a. p.*; Foedus inivit *c.* على *r. Dj.*; Pactus, stipulatus fuit *c. a. p. Kam. conf. Harir. p.* ٨٩; Postulavit pacto *aliquid ab aliquo c. a. p. et* الى *r.*, *ex. gr.* عاهدنى الى العود اليه Postulavit a me pacto, ut ad ipsum redirem. IV Securitatem praestitit *de aliqua re c. a. p. et* من *r. Kam.*; Sponsor fuit *de re c. a. p. et* من *r. Kam.* V Semper curam habuit *rei c. a. r. Kam. Dj.*; Visitavit *c. a. Gol.*; Frequentavit, saepius fecit quid. *Gol.* VI Semper curam habuit *rei c. a. r. Kam.* (*minus bene haec usurpatur*, *quam quinta*); Visitavit; Pepigit foedus; Fidem obstrinxit *c. a. p. Gol.*; Inter se foedus pepigerunt *c.* على *r.* VIII Semper curam habuit *rei c. a. r. Kam.* X Conditiones impositas *alicui* pacto firmavit *c.* من *p. Kam.*; Sponsorem *alicui* stitit *pro se*, ut securus alter esset *c.* من *p. Kam.*

عَهْدٌ *Pl.* عُهُودٌ Foedus. *Kam. Dj.*; Iuramentum. *Kam.*; Testamentum; Praeceptum, mandatum; Diploma obeundi muneris ac praefecturae. *Kam. Dj.* وَلِيُّ عَهْدِهِ Ab eo constitutus successor; Tempus. *Dicitur* كان ذلك فى عهد شباق. *Kam.*; Professio, cultus unius Dei, *quam significationem his Corani verbis* الا من اتخذ عند الرحمن عهدا *inesse dicunt. Kam.*; Clientela, securitas. *Kam. Dj.*; Locus, quo res invenitur. *Kam.*; Locus semper frequentatus. *Kam.*; Conventus amicorum. *Reisk. ad Gol.*; Respectus, verecundia, honor. *Gol. ex Mar.*; *et Pl.* عِهَادٌ, عُهُودٌ Pluvia primi veris, *tum* quae statim post aliam decidit. *Kam. Dj.*; Scientia rei; *inde* عهدى به Scio hoc. *Kam.* عهدى بك سفيها Novi te esse stultum. *Harir. p.* ٣٦٢. على عهد الله لافعله Per Deum id facturus sum! بعد عهدها بفحلها Postquam rem habuerat cum admissario suo.

عَهِدٌ Is, qui rebus agendis et praefecturis occupatus est. *Kam. Dj.*

عِهَادٌ *et* عَهْدَةٌ Prima veris pluvia, *tum* statim post aliam decidens pluvia. *Kam.* (*In Hamasa p.* ٥٤٣ عهاد *pluralis vocis* عهدة *est.*)

عُهْدَةٌ Fides, fideiussio; Tabulae foederis et emtionis testes. *Kam. Dj.*; Redditio, restitutio, *pec.* mercium, cum quid vitii inest. *Gol.* *In libro Tarifat autem haec vocabuli explicatio legitur:* ضمان الثمن للمشترى ان استحق المبيع او وجد فيه عيب. Infirmitas; Vitium. *Dicitur* فى عقله عهدة *et* فى خطه عهدة. *Kam. Dj.*; Reditus. *Kam. Dj.*; Officium rei cuiusdam reparandae. *Dicitur* عهدته عليه. *Kam. Dj.*

عَهِيدٌ Confoederatus. *Kam. Dj.*; *F.* ة Antiquus. *Kam. Djeuh.*

عُهَيْدَى, عَهْدَانُ Sponsio. *Kam. Dj.*

مَعْهَدٌ *Pl.* مَعَاهِدُ Locus, ubi homines semper adsunt. *Kam. Dj.*; Locus, quo res invenitur. *Kam. Dj.*; Foedus.

مَعْهُودٌ *F.* ة Pacto foedere firmatus; Cognitus. *Dj.*; Suetus; Pluvia rigatus *ager. Dj.*

ارض مَعْهَدَةٌ Terra, cuius una pars pluvia rigata est, dum altera sine pluvia est. *Kam.*

عَهَرَ 1) *n. a.* عَهْرٌ, عَهَرٌ, عُهُورٌ, عَهَارَةٌ, عُهُورَةٌ Accessit *mulierem* noctu vel interdiu scortandi ergo *c. a. p. Kam. Dj.*; Peccatis deditus fuit; Scortatus fuit, *aliis* Furatus fuit. *Kam.* III *n. a.* عِهَارٌ Accessit *mulierem* noctu vel interdiu scortandi ergo *c. a. p. Kam.*

عِهْرٌ Adulterium, scortandi actus. *Dj.*

عَاهِرٌ *Pl.* عُهَّارٌ Moechus, impudicitiae furtoque dedita. *Kam. Djeuh.*

عَاهِرَةٌ Moecha.

عَيْهَرَ Levis, inconstans, sine castitate fuit, *de viro. Dj.*, *de femina. Kam.* II *Id*, *Kam.*

عَيْهَرَةٌ Inconstans, levis, sine castitate *femina. Kam. Dj.*; Daemonum species. *Kam.* (*cuidam dialecto proprium vocabulum. Ibn-Doraid.*)

عَيْهَرَانُ *Pl.* عَيَاهِيرُ Ghul (*daemon*) mas. *Kam.*; Camelus robustus. *Kam.*

مُعَاهِرٌ *et c.* ة Moecha, scortum, impudicitiae furtoque dedita *femina*. *Kam. Dj.*

عهعخ Nomen arboris, quae tum ipsa tum folia eius medicamento inserviunt. *Sunt qui hoc negent et non nisi* خعخع *scribi dicant. Kam.*

عهعه Increpavit *camelos* voce عَهْ عَهْ *c.* ب *camel. Kam.*

عَوْهَقَ In errorem coniecit *c. a. p. Kam.*

عَوْهَقٌ *gen. comm.* Longus. *Kam. Dj.*; Nomen generosi cameli, a quo generosiores denominantur. *Kam. Dj.*; Taurus, cuius color ad nigrum vergit. *Kam. Dj.*; *nonnullis* Camelus niger. *Kam. Dj.*; Corvus niger. *Kam. Dj.*; Hirundo montana. *Kam. Dj.*; Longus, *de struthiocamelis cinereo colore praeditis. Kam.* (*sed de significatione vocabuli* عوهق *minime consentiunt*); Cyanus lapis (لازورد), *aliis* Coloris tinctura. *Kam. Dj.*; Caeruleus color nigro imbutus. *Kam.*; Meliores arbores speciei نَبْع appellatae. *Kam.* العَوْهَقَانِ Nomen stellarum duarum ad latus earum, quae فرقدان appellantur et proximae ad polum sunt. *Kam. conf. Ideler Unters. p.* 38.

عَيْهَقٌ Alacritas. *Kam.*

عَيْهَاقٌ Error. *Kam.*

عَيْهَقَةٌ Avis nomen. *Kam.*

مُعَوْهَقٌ Caeruleo cyani colore insignis. *Gol. ex Meid.*

عَيْهَكَةٌ, عَوْهَكَةٌ Proelium; *aliis* عَيْهَكَةٌ Pugna, qua unus alterum prosternere studet et clamor. *Kam.*

عَاهِلٌ Rex magnus, imperator. *Kam. Dj.*; Mulier coniuge carens. *Kam. Dj.*

عَيْهَلٌ (عَيْهَلٌ *poët.*) Camela velox, *aliis* praestans, robusta. *Kam. Dj.*; Vehemens ventus. *Kam. Dj.*; *F.* ة Camelus mas. *Kam.*; Vir mobilis propter inconstantiam. *Kam.* (*In Djeuh. opere est* امرأة عيهل.); Mulier procera. *Kam.*

عَيْهَالٌ Camela velox, *aliis* praestans, robusta. *Kam.*

عَيْهَلَةٌ *Id. Kam.*; Vetula. *Kam.*

عَيْهُولٌ Camela velox, *aliis* praestans, robusta. *Kam.*

عَيْهَمَ *n. a.* عَيْهَمَةٌ Celer fuit. *Kam.*

عَيْهَمٌ *Pl.* عَيَاهِمُ Robustus. *Kam. Dj.*; Celeris camela. *Kam. Dj.*, *aliis* Longo collo et crasso capite praedita, *de camela. Hamas. p.* ٣٥٧; Elephas mas. *Kam.*

عَيْهَمَةٌ Celeris *camela*, *aliis* Longo collo et crasso capite praedita. *Hamas. p.* ٣٥٧.

عَيْهُومٌ Radix arboris. *Kam.*; *aliis* Corium rubrum, *vel* glabrum. *Kam.*; *Pl.* عَيَاهِيمُ Celer, audax, *de camelo. Hamas. p.* ٣٣٣.

عَيْهَمَانٌ Qui prima nocte non ingreditur iter in via dormiens. *Dj.*

عَيَاهِمَةٌ Camela velox. *Kam.*

عَيْهَامَةٌ *Id. Kam.*, *aliis* Longo collo et crasso capite praedita camela. *Hamas. p.* ٣٥٧.

عَيْهَمِيٌّ Crassus, longus.

عَهِنَ *F. o.* 1) *n. a.* عُهُونٌ Exaruit *ramus palmae*, *pec.* qui prope interiorem arboris partem. *Kam. Dj.*; 2) Constitit *aliquo loco c.* ب. *Kam. Dj.*, *et contra* Exivit. *Kam.*; 3) Diligentiam adhibuit *in re. Kam.*; 4) Satisfecit festinanter *voluntati alicuius c. a. r. et* ل *p. Kam.*; 5) *F. i.* Inflexus fuit ramus, *aliis* fractus, ita ut partes non separarentur. *Kam.*

عِهْنٌ *Pl.* عُهُونٌ Lana, *aliis* Lana diversicolor. *Kam. Dj. conf. De Sacy Chrest. Arab. T. II. p.* 332 *ed. alt.*; Bene curans *opes*. *Kam. Dj.*

عَاهِنٌ *Pl.* عَوَاهِنُ Ramus palmae, qui medullae proximus est (*idiom. Hidjasi*, *quales* خوافي *idiomate Nedjd.*). *Kam. Dj.*; Membra hominis. *Kam. Dj.*; Vena uteri camelini. *Kam.* (*Quae quidem imprimis in Plurali usurpantur.*) *Dicitur* رمى الكلام على عواهنه Non curavit recte an male quid diceret. *Kam. Dj.*; *it. i. q.* آهِنٌ Antiquior pars *opum*. *Kam. Dj.*, *vel* quae praesentes et in promtu sunt. *Kam. Dj.*; Segnis, laxus. *Kam.*; Pauper. *Kam.*

عِهَانٌ Radix botri dactylorum. *Kam.*

عِهْنَةٌ Nomen arboris, cui rosae rubrae sunt. *Kam.*; Pars una lanae diversicoloris. *Kam. Dj.*; (*pro* إحْنَةٌ) Odium. *Kam.*

عُهْنَةٌ Inflexio rami, *aliis* eius fractura, ut partes non separarentur. *Kam.*

عَيْهُونٌ Planta bona. *Kam.*

عَهْوٌ Pullus asini. *Kam.*; Camelus egregius ac iunior attamen validus. *Kam.*

أَعْهَى Noxa عاهة gregis affectus fuit. *Kam.*

عَاثَ *F. o.* Retinuit *aliquem* a negotio, ita ut stupefieret. II *Idem c. a. p. Kam.* V Obstupefactus fuit. *Kam.*

مَعَاثٌ Via. *Dicitur* اخذنا معاثا مستقيما. *Kam.*; Libertas, condonatio. *Dicitur* ان لى عن هذا الامر لمعاثا. *Kam.*

عَاجَ *F. o.* 1) عَوْجٌ, مَعَاجٌ Constitit, substitit *aliquo loco c.* ب. *Kam. Dj.*; 2) In latus habenâ flexit caput *cameli c. a. Kam. Dj. Apud gentem Banu-Asad talis loquendi modus usitatus est* ما اعوج بكلامه Sermonis eius nullam habeo rationem. *Djeuh.*; 3) Recessit. *Kam. Djeuh.* b) عَوِجَ *n. a.* عَوَجٌ Curvus, distortus fuit. *Kam. Dj.* II *n. a.* تَعْوِيجٌ Incurvavit, distorsit *c. a. Kam.*; Eburneum fecit *c. a. Kam.* V Incurvatus fuit. *Kam.* VII Flexus, propensus *in aliquem* fuit *c.* على. *Dj.* IX Curvus ac distortus fuit (*et in agendo*). *Kam. Dj.*

عَاجِ Vox, qua increpatur camelus. *Kam. Dj.*

عَاجٌ Os elephanti (*ebur*). *Kam.*; Dorsum testudinis. *Kam.*; Camela, cuius latera lenia sunt. *Kam.*

عِوَجٌ Curvitas, distorta forma. *Kam. Dj.* (عَوَجٌ *de corporibus erectis,* عِوَجٌ *de* terra et iis, quae ad mores spectant.) *Kam. Dj.*

عَائِجٌ Subsistens. *Dj.*

عَاجَةٌ *nomen unitatis vocis* عَاجٌ. *Dj.*

عَوَّاجٌ Ebur possidens, tractans vendensve. *Kam.*

أَعْوَجُ *Fem.* عَوْجَاءُ Curvus. *Kam. Dj.*; Qui prava indole est moribusque. *Kam. Dj.*; Nomen proprium equi virtute et multa progenie celeberrimi. *Kam. Dj.*; *Fem.* عَوْجَاءُ Arcus. *Kam.*; Macer, gracilis, extenuatus (*de camelis*). *Kam. Dj. Diw. Huds.*

أَعْوَجِيٌّ *F.* ة Generosus, *de equo originem ducente ab* اعوج *admissario gentis Banu Helal ex Cenditis. Motenabb.*

مَعَاجٌ Locus, ad quem inflexi sunt, *vel* in quo consistunt. *Harir. p.* ۲۸۳.

عَصًا مُعْوَجَّةٌ (*ne dicas* مُعَوَّجَةٌ) Baculus curvus. *Kam.*

عَادَ *F. o. n. a.* عَوْدٌ, عَوْدَةٌ, مَعَادٌ 1) Rediit, reversus fuit *c.* الى. *Dj.*, *et c.* ل. (*Hoc verbum cum sequenti futuro pro adverbio* iterum *adhibetur.*); *n. a.* عَوْدٌ Iterum disquisivit *rem c.* فى *r.*; Rediit *ad aliquem commodum c.* على *p.*; *et in sens. Gramm.* Refertur *ad aliquid c.* على. عاد به عليه Beneficium ei intulit; Iterum favit *c.* ل *p. Dj.*; 2) *n. a.* عَوْدٌ, عِيَادٌ Repetivit *rem c. a. r. Kam.*; 3) Vertit, mutavit *c. a. r. Kam.*; 4) Repulit *quaerentem c. a. p. Kam.*; 5) *n. a.* عَوْدٌ, عِيَادٌ, عِيَادَةٌ, عُوَادَةٌ Visitavit *aegrotum c. a. p. Kam. Dj.*; 6) Saepius repetivit rem, ut consuetudo fieret *c. a. r. Kam. Djeuh.*; Exercuit *virtutem c.* ب *r. Calil. w. Dimn. p.* 51. 62. II Assuefecit *aliquem c. d. a. Kam.*; Assuefecit *c.* أن *verb. vel* ل *r.*; Edocuit *c. d. a. Djeuh.*; Cibum secunda vice appositum edit. *vid.* عُوادة. *Kam.*; *n. a.* تَعْوِيدٌ Consenuit *camelus* et factus fuit عود. *Kam. Dj.* III *n. a.* عِوَادٌ, مُعَاوَدَةٌ Pro more habuit *c. a. r. Kam.*; Reversus fuit ad primum actum. *Dj.*; Rediit *ad eum febris*, per vices occupavit *eum c. a. p. Dj.*; Iterata *interrogatione* adortus fuit *aliquem*, institit *c. a. p. et* ب *r. Dj.*; Reduxit in memoriam. *Reisk. ad Gol.*; Assiduus, sedulus fuit *in re c. a. Gol.* IV Iteravit, repetivit *sermonem c. a. r. Kam. Dj.*; Reduxit *ad locum c. a. p. et* الى *l. Kam.*; Refecit, restituit *c. a. r.*; Pro more habuit *c. a. r. Kam.*; Idem fecit, quod alter imitando, altera vice et pluries fecit. *Reisk. ad Gol.* V Visitavit *aegrotum c. a. p.*; Pro more habuit, assuevit *c. a. r. et* أن. *Kam. Dj.*; Edoctus fuit saepius repetendo *c. a. r. Kam.* VI Turmatim ad dominum suum ducemve redierunt *cohortes in bello c.* فى. *Kam. Djeuh.* VIII Reversus fuit, Reduxit ad se, abduxit aliunde *c. a. p. et* عن *r. Gol.*; Visitavit *aegrotum c. a. p. Gol.*; Assuevit saepius repetendo *rei c. a. r. Kam. Dj.* X Petiit, ut rediret vel iteraret *c. d. a. Kam. Dj.*, *et* من *p. Harir. p.* ۳۴. *l.* 9; Pro more cepit, habuit *aliquid c. a. Kam.*

عَادٌ Antiqua tribus Arabum, ad quam propheta Hud missus fuit. *Kam. Dj.* ما ادرى اى عاد هو Nescio, quid hominis sit. *Kam.*

عَوْدٌ *Pl.* عِيَدَةٌ, عِوَدَةٌ (*Fem.* عَوْدَةٌ) Annosus (*camelus, ovis*). *Kam.* (*nempe* eum aetate praecedens, qui بازل et مخلف appellatur). *Dj.*; Via vetus. *Kam. Interdum dicitur* سودد عَوْدٌ Principatus antiquus. *Dj.* رجع عَوْدًا على بَدْءِ

عَوَادَة Cibus, qui, postquam reliquis cibus non amplius est, personae cuidam apponitur secunda vice. *Kam. Dj.*; Reditus. لك العوادة Oportet redeas. *Kam.*

عَائِدَة *Pl.* عَوَائِدُ Mos, consuetudo; Beneficium, donum; Gratia; Utilitas, commodum. *Kam. Dj.*

عَيْدَان *nom. gen.* (*nom. unit. c.* ة) Procerae palmae. *Kam. Dj.*

عِيدِيّ *Fem.* ة Ab admissario عيد oriundus, *de camelo. Harir. p.* ٥١٩.

عَادِيّ (*ab* عاد) Antiquus. *Kam. Dj. Diw. Djerir.*

عَوَّادَة Citharoeda. *Kosegart. Chrest. p.* 3. *l.* 2 *infr.*

عوادية *Id. Taus. u. eine Nacht. T. IV. p.* ٣٦١ *ed. Habicht.*

أَعْوَدُ Utilior *c.* على *p. Kam. Dj.*

مَعَاد Reditus; Locus, ad quem reditur perveniturve. *Kam. Dj.* معاد الخلق Vita altera *s.* extremi iudicii dies. *Dj.*; Peregrinatio sacra; Mecca; Paradisus. *Kam.*

مَعُود *et* مَعْوُود Visitatus in morbo. *Kam.*

مُعِيد Potens *c.* ل *r. Kam. Dj.*; Gnarus rerum. *Kam.*; Solers. *Kam.*; Saepius faciens aliquid, *igitur* assuefactus. *Diw. Huds.*; Resuscitator (*Deus*); Qui frequenter inivit camelas (*admissarius*). *Kam. Dj.*; Leo. *Kam.*; Homo, qui invadit una vice post alteram, ut res experiatur. *Kam.* فرس مُبْدِئ مُعِيد Equus mansuefactus et exercitatus. *Kam.*

مُعَاوِد Qui saepe revertitur ad eundem actum; Assiduus, sedulusque. *Kam.*; Strenuus. *Kam. Dj.*

مُعْتَاد Consultum; Assuetus, solitus. *Sic* المشي المعتاد Incedendi modus communis. *Pocock. spec. hist. Arab. p.* 313 *ed. pr.*

مُعَوَّد Exercitatus.

مُتَعَيِّد Iracundus; Iniustus. *Kam.*; Semper homines laedens. *Kam.*; Minans. *Kam.*

عَاذَ *F. o.* 1) Proxima fuit *ossi* adhaesitque *caro c.* ب. *Dj.*; 2) *n. a.* عَوْذ, عِيَاذ, مَعَاذ, مَعَاذَة Confugit (*pec.* a mala re ad averruncum Deum) *c.* ب *p. et* من *r. Kam. Dj.*; 3) *n. a.* عِيَاذ Recenter, ante paucos dies foetum enixa fuit *dorcas*, *equa*, *camela. Kam. Dj.* II Fecit, ut confugeret *c. a. p. et* ب *alt. et* من *r. Dj.* IV أَعَاذَ *et*

لك عَوْدَة على بَدْئِهِ *vel* Statim post abitum rediit. *Kam.* لك العَوْدُ Oportet redeas. *Kam. Prov.* زاجِمْ بِعَوْدٍ أَوْ دَعْ Auxilium senum perfectorum in bello tuo implora. *Kam. Dj.* عود الشى على موضعه بالنقض *Loquendi modus in libro Tarifat his verbis explicatur*: عبارة عن كون ما شرع لمنفعة العباد ضررا لهم كالامر بالبيع والاصطياد فانهما شرعا لمنفعة العباد فيكون الامر بهما للاباحة فلو كان الامر بهما للوجوب يعود الامر على موضعه بالنقض حيث يلزم الاثم والعقوبة بتركه.

عُود *Plur.* أَعْوَاد, عِيدَان Lignum. *Kam. Dj.* (*pro* ramo. *Harir. p.* ٣٣٣); Lignum Aloës. *Kam. Dj. Avic. Can. L. II. p.* ٣٣١. *conf. Sprengel hist. rei herb. T. I. p.* 271. عود الصليب Plantae nomen, quae ab aliis ذو الاصابع, ab aliis alio appellatur nomine. Caulem habet longitudine circiter duarum spithamarum, ex quo multi rami derivantur. (*Largius describitur apud Avic. Can. L. II. p.* ٣٣٥.) عود الانجبار Planta scansilis. (*Ex codice Oxoniensi.*) عود القرح Cacalia *sonchifolia. Forsk. Flor. Aeg.* CXIX; Chelys, testudo. *Kam. Dj.* ام العود Ventriculus ovillus. *Kam.*; Os in radice linguae. *Kam.* العودان Suggestum prophetae eiusque baculum. *Kam.*

عِيد *Pl.* أَعْيَاد Res rediens ad aliquem, eum visitans (*de cura*, *imaginatione etc.*) *Harir. p.* ١١٥; Res consueta. *Kam. Dj.*; Desiderium ingens. *Reisk. ad Gol.*; Dies festus. *Kam. Dj.*; Arbor quaedam in montibus nascens. *Kam.*; Nomen admissarii nobilis. *Kam. Dj.*

عَائِد *Pl.* عَوْد, عُوَّد (*conf. Taraf. v.* 55.), عُوَّاد Visitator aegroti. *Kam.* عُوَّاد Redeuntes ad alterum potum cameli. *Reisk. ad Gol.*

عَوَادِ Redi. *Dj.*

عَوَادِ *et* عُوَّاد Res grata, amata, ad quam lubenter reditur. عُدْ فَلَكَ عوادِ حَسَنٌ Redi et tibi erit, quod vis. *Kam. Dj.*

عَادَة *Pl.* عَادٌ, عِيدٌ, عَادَاتٌ Consuetudo, receptus mos (*a repetendo*). *Kam. Dj.*; Incursus hostilis. *Diw. Huds.*

عَوْدَة Reditus. لك العودة Oportet redeas. *Kam.*

عُوَيْد Andropogon *ramosum. Forsk. Flor. Aeg.* CXXIII.

عُوَيْد Parvum lignum.

عَوَّاد Visitator aegroti; Is, qui testudinem pulsat. (*ab* عُود.) *Gol.*

أعْوَنَ *Id. Dj.*; Recenter, ante paucos dies foetum enixa fuit (*dorcas*, *equa*, *camela*). *Kam.* V Confugit. *Kam.* VI *De plurib.* Unus ad alterum confugit. *Kam.* X Confugit *c.* ب *p. et* من *r. Kam.*

عَوْذ Aversio, fastidium. *Kam.* عَوْذ بالله Deus me servet!

عَوَذ Refugium; Horror; Deciduus, *de foliis. Kam.*; Viles, ignobiles, *de hominibus. Kam.* افلت منه عَوَذًا Timorem ei iniecit, sed non percussit eum, *vel* percussit eum, sed non occidit, quamvis volebat. *Kam. Dj.*

عَوَاذ Fastidium, aversio. *Kam.* *Dicitur* ما تركت فلانا الا عواذا منه Nonnisi invitum reliqui eum. *Kam. Dj.*

عَائِذ *Pl.* عُوذ, عُوذَان Quae recens peperit, *de bestiis. Kam.* (*hoc autem vocabulo usque ad diem decimum vel decimum quintum utuntur, tum adhibent vocem* مطفل). *Dj.* العوائذ Quatuor stellarum nomen, quae figuram irregularis quadrati efficiunt, in quarum medio sunt stellae, quibus nomen الرُّبَع est. *Kam.*

عِيَاذ Refugium. *Kam. Dj.*; Aves ad montes vel alibi confugientes. *Kam.*

عُوذَة *Pl.* عُوَذ Res averrunca, amuletum. *Kam. Dj.*

عُوَذ Pars carnis ossi adhaerens. *Dj.*; Herba crescens ad radices spinarum, *aut* asperis in locis, quam prehendere non possunt pecora. *Kam. Dj.*; Aves, quae ad montes vel alibi confugiunt. *Kam.*

عُوَذَة Recens vel primus partus. *Dj.*

تَعْوِيذ Res averrunca, amuletum. *Kam. Dj. conf. Harir. p.* ۴۲.

مَعَاذ Refugium. *Kam.* معاذ وجه الله *vel* معاذ الله Prohibeat hoc, servet me ab eo Deus! *Kam. Dj.*

مَعْوَذ Amuletum. *Gol. in append.*

مُعْيِذ, مُعْوِذ Quae recens peperit, *de bestiis. Kam.*

مَعَاذَة Res averrunca, amuletum. *Kam. Dj.* معاذة الله *et* معاذة وجه الله Servet me Deus! *Kam.*

مَعْوَذ Herba crescens ad radices spinarum, *vel* asperis in locis, quam prehendere non possunt pecora. *Kam.* مَعْوَذ Locus torquis in collo. *Kam. Dj.*; Camela, quae semper uno loco est. *Kam.*; Pratum camelorum circum domos. *Kam.*

مَعْوَذَة Locus in collo equi, ubi appendi amuletum solet. *Dual.* المُعَوِّذَتَان Duae Corani Suratae, *sc.* Surata الفلق inscripta *et* سورة الناس. *conf. Harir. p.* ۱۹۹. *l.* 6 *schol. infr.*

عَارَ *F. o.* 1) Luscum *s.* monoculum fecit *c. a. oculi. Dj.*, *c. a. p. Kam.*; 2) Obliteravit. *Gol.*; 3) *F. o.* (*et F. i. Reisk. ad Gol.*) Cepit, abstulit, perdidit *c. a. Kam. Dj.*; 4) *Fut.* يَعَارُ *et* يُعَارُ Monoculus *s.* luscus fuit. *Kam. Dj.* b) عَوِرَ *F. a. n. a.* عَوَر 1) Luscus *s.* monoculus fuit. *Kam.* *Dicitur* عورت عينه. *Dj.*; 2) Corruptus fuit. *Gol.*; 3) Reliquit iustum verumque. *Gol. ex Mar.* II Uno oculo privavit *aliquem c. a. p. Kam. Dj.*; Feris exposuit *oves c. a. Kam.*; Obruit, opplevit *puteum*, *pec.* ut obstructa fuerit scaturigo *c. a. Dj.*; Avertit, abduxit *c. a. p. et* عن *r. Dj.*; Aversus fuit; Denegavit, impedivit copiam *rei c. a.*; Frustratus fuit repulitque petentem *c. d. a.*; Corrupit *c. a.*; Mutuo dedit *c. d. a.*; Per vices et aemulando fecit *cum alio quid c. d. a.*; Iustae quantitatis modulo aut nota definivit signavitve *mensuras et pondera c. a. Gol.* (*sed dubito*, *num rectum sit*). III Mutuo dedit *c. d. a. Kam. Dj.*; Iusta quantitatis nota definivit *mensuras c. a.* (*pro* عاير). *Kam. Dj.* IV أَعْوَرَ Uno oculo privavit *aliquem c. a. p. Kam. Dj.* أَعَارَ Mutuo dedit, commodavit *c. d. a. Kam. Dj.*; Mutuo accepit *rem ab aliquo c. a. r. et* من *p.*; Commutavit *rem c.* ب *r.*; Apparuit, possibilis fuit. *Kam.*; Apertum obtulit *latus alteri* et petendi copiam fecit *praeda*, *equus c.* ل *p. Kam. Dj.*, *et de omni re*, *quam quis petit et assequi potest. conf. Hamas. p.* ۳۴. V Mutuo petiit *rem*, Mutuo usus fuit (*et de pluribus inter se*) *c. a. r. Kam. Dj.* VI *De pluribus inter se* Mutuati sunt *rem c. a. r. Kam. Dj.*; Obliterarunt *venti* vestigia *mansionis c. a. Dj.* VIII اعتور (*de pluribus inter se*) Mutuatus fuit *c. a. r. Kam. Dj.* IX Luscus *s.* monoculus fuit. *Kam. Dj.* X Mutuatus fuit, commodato petiit *c. d. a. vel c.* من *p. Kam. Dj.*; Usus fuit ad metaphoram. يستعار لغيره Transfertur ad alia; Solitarius et seorsim fuit. *Kam.* XI Luscus *s.* monoculus fuit. *Kam.*

عَار Pudibundum, pudor. *Gol.*

عُور Mugil (c). *Forsk. descr. animal.* xiv, 74.

عَوْر Pravus conscientiâ. *Kam.* بيوت عَوْرَة Domus praeditae fissuris in muro.

عُوّار *et* عُوَار Festuca simileve quid oculo nocens; Fissum vel lacerum quid in panno. *Kam.*; Vitium. *Kam. Dj.* سلعة ذات عوار Vitiosa merx. *Dj.*

عَائِر Oculum laedens, *ut* cinis, festuca. *Kam.*; Pustula in cilio inferiore. *Kam.*; Iacta, ut, quis auctor sit, nesciatur, *sagitta*. *Kam. Dj.*; Qui sine domino oberrat *equus*. *Reisk. ad Gol.*; *Pl.* عُوَّار Cinaedus. *Kam.*

عَارَة Mutuo datum. *Kam. Dj.*

عَوْرَة *Pl.* عَوْرَات, عَوَرَات *propr.* Rima, Pudendum viri aut feminae. *Kam. Dj.*; Omnis res, ex qua pudor concipitur. *Kam.*; Fissurae montium. *Kam. Dj.*; Locus patens nudusque in confinibus hostium, *aut* bello, periculis obnoxius. *Kam. Dj.*; Locus insidiarum. *Kam.*; Tempus idoneum ad denudandum pudendum. Tria autem sunt tempora عَوْرَات dicta 1) ante preces diluculi, 2) medio die et 3) post vesperam (العشاء الاخيرة). *Kam.* عورتى الشمس Ortus et occasus solis. *Kam. Dj.*

عُورَة Successio sequioris post meliorem. *Gol. ex Dj.*

عُوَيْر Corvus (*poët.*). *Kam.*; *et quoq. coniunctim* كسير عوير Corruptus, pravus, in quo nil boni. *Dj. conf. The Travels of Ibn-Batuta p.* 65.

عَوَائِر *Pl.* Agmina (locustarum) separata, dispersa. *Kam. Djeuh.*

عُورَان *Sing. et Pl.* Destructus obrutusque *puteus*. *Gol.*

عَيْرَان Agmina (locustarum) separata, dispersa. *Kam.*

عُوَّار *Pl.* عَوَاوِير (*poët.* عَوَاوِر. *Hamas. p.* ٨١٨) Res omnis oculum laedens, *ut* festuca, cinis. *Kam. Dj. conf. Taraf. Moall. v.* 32 *schol.*; Caro, quae ex oculo extrahitur, posteaquam medicamentum inspersum fuit. *Kam.*; Viae omnino imperitus. *Kam.*; Hirundo. *Kam. Dj.*; *Pl.* عَوَاوِير (*et poët.* عَوَاوِر) Pusillanimus. *Kam. Dj.*

عَائِرَة *et* عَيِّرَة, *sc.* عَائِرَة عَيْنَيْنِ *et* عَيِّرَة عَيْنٍ Copia quanta implere ac velut occaecare possit oculos. *Dicitur* عليه من المال عائرة عينين. *Kam. Dj.*

عَارِيَة *et* عَارِيَّة *Pl.* عَوَارٍ *et* عَوَارِيّ Res commodata, mutuo data (*sc.* nulla alia re pro ea accepta). *Tarifat.*

عَوَارِي Nomen arboris, ex qua Meccae torques (مخانق) conficiuntur (*in Kamuse Turcico* عُوَّار *legitur*). *Kam.*; *Pl.* Cinaedi. *Kam.*

أَعْوَر *Fem.* عَوْرَاء *Pl.* عُور, عُورَان, عِيرَان Luscus, monoculus. *Kam. Dj.*; Corvus. *Kam. Dj.*; Impos voti; Pravus, *de omni re*. *Kam.*; Imbecillis. *Kam.*; Pusillanimus; Vecors, stupidus. *Kam.*; Dux viae pravus. *Kam.*; Obliteratus *liber*. *Kam.*; Scutica destitutus. *Kam.*; Carens germano fratre. *Kam.*; Frustratus, non attingens id, quod petit. *Kam. Dj.*; *Pl.* أَعَاوِر Ova pediculi in capite. *Kam.*; Via indiciis carens. *Kam.*; *Fem.* العَوْرَاء Lusca *femina*. *Kam.*; Expers aquae (*desertum*). *Kam.*; Obscoenum, *de verbis et factis*. *Kam.*; Prava dictio, *sc.* barbarismus linguae. *Gol.*

أَعْوَار Suspicio (ريبة). *Abu-Ohbaida.*

اِسْتِعَارَة Metaphora (*in rhetorica*). *De variis metaphorae speciebus conf. Almooktkusur p.* ٣٧٨ *sqq.*

مُعَار Gracilis, *aliis* Depilatam habens caudam (*equus*). *Kam.*; Pinguis. *Kam.*

مَكَان مُعْوِر Locus, in quo latrones timentur. *Kam.* رجل مُعْوِر Turpiter agens vir. *Harir. p.* ٥٩.

مُسْتَعَار Commodato acceptum. *Dj.*; Metaphorice usurpata, intelligenda (*vox*).

مُسْتَعِير *nempe* مستعير الحسن Cognomen avis (*sed in Kamuso Turcico* مستعير الحش *legitur*).

مُتَعَاوِر Commodato acceptum.

عَازَ Fugit *c. a. p.* *Dicitur* عازنى الشىء Non inveni rem. *Kam.*

b) عَوِزَ *F. a.* *n. a.* عَوَز 1) Defuit, non inventa fuit *res*. *Kam.*; 2) Egenus fuit *vir*. *Kam.* IV Egenus fuit. *Kam. Dj.*; Gravis fuit *res*. *Kam.*; Indigum effecit, ad egestatem redegit *tempus c. a. p. Kam. Dj.*; Necessaria, opus fuit *ei res*, nec comparari efficive potuit. *Kam. Dj.*; Destituit *eum res c. a. p.* ما يعوز لفلان شى الا ذهب به Non apparet cuidam res, nisi eam aufert. *Kam.*

عَوْز *nom. gen.* (*nom. unit. c.* ة) Grana uvarum. *Kam.*

عَوْز *coniunctim cum* لَوْز *dicitur* انه لعوز لوز. *Kam.*

عَاوِز Sine. *Taus. u. eine Nacht. T. II. p.* ١١٣. ١٨٧ *ed. Habicht.*

عَايِز Pauper. *Taus. u. eine Nacht. T. IV. p.* ١٢. *ed. Habicht.*

مَعْوَزٌ et مِعْوَزَةٌ Pl. مَعَاوِزُ Vestis trita et quotidiani usus. *Kam. Dj.* مَعَاوِزُ Necessitates. (*Sunt, qui pluralem a voce* عَوَزٌ *derivandum esse dicant.*) *Harir. p.* ٣٢; Cutis serpentis, quam quotannis exuit.

مُعْوِزٌ Egenus. *Kam. Dj.*

عَاسَ 1) *n. a.* عَوْسٌ, عَوَسَانٌ Obivit noctu. *Kam.*; Quaesivit captavitque *lupus* devorandum quid. *Dj.*; 2) *n. a.* عَوْسٌ, عِيَاسَةٌ Bene curavit, rexit *opes c. a. Kam. Dj.*; 3) Operam navavit *familiae c.* على *r. Kam.*; 4) Nutrivit *familiam c. a. Kam.* b) عَوِسَ *n. a.* عَوَسٌ Intrantes *s.* introrsum recedentes oris angulos in risu *etc.* habuit *vir. Kam.*

عُوسٌ Squalus minor (*amphib.*). *Forsk. descr. anim.* VIII, 20.

عُوسٌ Species ovium. *Kam. Dj.*

عَائِسٌ Rector curatorve opum pecorumve. *Dj.*

عَوَّاسٌ *i. q.* حَوَّاسٌ. *Gol. ex Dj.*

عُوَاسَةٌ Haustus unus lactis. *Kam.*

عُوسِيٌّ Denominatus, derivatus ab عُوس. *Dicitur* كبش عُوسِيٌّ. *Kam. Dj.*

عَوَّاسَاءُ Praegnans, *de scarabaeis. Kam. Dj.*

أَعْوَسُ Introrsum recedentes oris angulos habens *vir. Kam.*; Politor. *Kam.*; Describendae rei gnarus. *Kam.*

مُعَوَّشَةٌ *Id. quod* مُعَيَّشَةٌ. (*Vocabulum gentis* أزد.) *Kam.*

عَاصَ *F. a. n. a.* عَيْصٌ, عِيَاصٌ Difficilis intellectu fuit *sermo*, gravis fuit *res.* b) عَوِصَ *n. a.* عَوَصٌ *Id. Kam. Dj.* II *n. a.* تعويص Versum carminis intellectu difficilem protulit. *vid.* عويص. *Kam.* III Prosternere studuit *c. a. p. Kam.* IV أَعْوَصَ *c. nominib. actionis* عَوْصٌ *et* عِيَاصٌ In angustiam redegit *adversarium c.* ب *p. Kam.*; Irretivit argumentis contra allatis, ut se expedire non posset, *adversarium c.* على *p. Kam.*; Peregrino et inusitato modo locutus fuit. *Dj.* VIII Difficilis et intricata fuit *alicui res c.* على *p. Kam. Dj.*; Non concepit ex initu *camela. Kam. Dj.*

عَائِصٌ Pl. عُوصٌ Quae pluribus annis non concepit *ovis. Kam. Dj.*

عَوَاصٌ Viae vulpis. *Kam.*

عَوُوصٌ Ovis, quae lac non emittit, etsi diligentia adhibetur. *Kam.*

عَوِيصٌ Difficile intellectu *carmen. Kam. Dj.*; Peregrina, inusitata *dictio. Kam.*; Gravis res, infortunium. *Kam.*; Durus, salebrosus, *de terra, loco. Kam.*; Anima; Robur. *Kam.*; Motus. *Kam.*; Viae vulpis. *Kam.*

أَعْوَصُ Difficile *carmen*; *Fem.* عَوْصَاءُ Peregrina (*dictio*). *Kam. Dj.*; Res gravis, difficilis. *Dicitur* فلان يركب العوصا. *Dj.*

أُقْسُومَة *Pl.* اقاسيم Divisae rei pars, portio. *Kam.*; Sors destinata a Deo homini. *Kam.* (*Pro* الحطوط *in Kam. legendum est* الحظوظ.)

تَقْسِيم Quod poëta in versu incoepta omnino absolvit, et sic quidem, ut plurium rerum mentionem faciens cuilibet earum adiungat res ad eam spectantes. *conf. Darstell. d. Ar. Versk. p.* 537. *Mookhtusur p.* 688.

تَقْسِيمَة Iuramentum, *aliis* formosa facie mulier, *nonnullis* Nomen loci. *Gol.*

مَقْسِم, مِقْسَم Pars divisae rei, portio. *Kam.*

مَقْسِم Locus divisionis et distributionis. *Dj.*

مُقْسَم Iuramentum. *Kam. Dj.*; Locus, ubi iuratur. *Kam. Djeuh.*

المُقْسِمَات *videtur* Adiurationes Dei, ut adiuvet. *Fakih. Alchol. p.* ١٣٣.

مُقَسَّم Sollicitus. *Kam.*; Pulcher. *Kam. Dj.*

مَقْسُوم *F.* ة Divisus, distributus. *Gol.*

مُقَسِّمَات Angeli, qui victum cultumque hominum provident. *Reisk. ad Gol.*

قسمل Leo iuvencus. *Kam.*

قسميل Nomen viri, a quo gens Arabum originem duxit.

القساميل *et* القساملة Tribus quaedam Arabum. *Kam.*

قسن Duras ex opere habuit manus. *Kam.* XI اقسأن *n. a.* قسانينة Durum et aridum evasit *lignum. Kam. Dj.*; Consenuit, exaruit *vir. Kam. Dj.*; Valde tenebrosus fuit, *de nocte. Kam. Dj.*; Diligenter progressus fuit *in opere c.* في *r. Kam.*

قسا *F. o. n. a.* قسو, قساء, قسوة, قساوة 1) Duruit *cor. Kam. Dj.*; Aridus fuit. *Diw. Huds.*; 2) Improbus fuit *numus. Kam. Dj.* III Obduruit, obduravit se *contra rem*, pertulitque *eam c. a. r. Kam. Djeuh.* IV *n. a.* اقساء Induravit *cor eius c. a. r. Kam. Dj.*; Inhabitavit قساء montem. *Kam.*

قاس *Fem.* قاسية *Pl.* قساة Durus. *Dj.*

قسى *Pl.* قسيان *Fem.* قاسية *Pl. san.* Durus. *Kam. Dj.*; Improbus, *de numo. Kam. Dj.*; *it.* Durus et adversus aestu, frigore, sterilitate, fortuna *dies*, *annus. Kam.*

قسى *pro* قووس *Pl. vocis* قوس Arcus.

قسوى Arcuarius, ad arcum pertinens (*a Plur.* قسى *seu* قووس. *vide* قوس).

أقسيان Plantae nomen. *Kam.*

مقساة Res indurans, Duritiei causa. *Dicitur* الذنب مقساة للقلب. *Kam. Dj.*

قسود Crasso collo praeditus, robustus. *Kam.*

قش *F. o. et i. n. a.* قشوش 1) Bene se habuit, bonum habitum recepit, post maciem. *Kam. Dj.*; 2) Incessit emaciati more. *Kam.*; 3) *n. a.* قش Fricuit *rem* manu, ut contereretur *c. a. r. Kam.*; 4) *n. a.* قش Collegit *c. a. r. Kam.*; 5) Comedit ex hac et illa parte. *Kam.*; 6) Tantum, quantum potuit, ex cibis, qui in mensa erant, comedit. *Kam.*; 7) Celeriter mulsit *camelam c. a. Kam.*; 8) Edit cibos in fimetum abiectos, *vel* edit eleemosynarum frusta. *Kam.*; 9) Aridus fuit, *de planta. Kam.*; 10) Celeriter abierunt *homines. Kam.* II Comedit ex hac et illa parte. *Kam.* IV Convaluit *a scabie*, *variolis c.* من. *Kam.*; Multum arida fuit *terra. Kam.*; Libere abiit seque celeriter proripuit. *Dj.* VII Celeriter abierunt *homines. Kam.*

قش *nom. gener.* Species deterior palmae. *Kam.*, ut illa, quae دقل appellatur et huic similis. (*Dialecto Iemanensium proprium vocabulum. Ibn-Doraid.*); Situla crassa. *Kam.*; Stipula. *Gol. ex Act.* XXIII, 3; Manipulus (*ut videtur*). *conf. Taus. u. eine Nacht. T. I. p.* 126. *l.* 7. *p.* 128. *l.* 10 *ed. Habicht.*

قشاش Res de humo collectae, quisquiliae. *Kam.*

قشة Simia femin., *aliis* eius foetus femin. (*Dialecto Iemanensium proprium vocabulum. Ibn-Doraid.*) *Kam. Dj.*; Puella pumila parvique corporis. *Kam.*; Pars lanae, qua pix illinitur scabiosae camelae et quae abiicitur. (*In Kamuso Calcutt. vitiosa est lectio.*); Insectum parvum simile scarabaeo (خنفساء). *Kam.*

قشيش Res de humo collectae, quisquiliae. *Kam.*; Sonus motae pellis in serpente. *Kam.*

قشاش Qui quid undique colligit comeditque. *Gol.*

مقش Properans, cito libereque abiens. *Dj.*

قشاسار Nomen oppidi Graeciae (روم), *vel* inter Graeciam et Syriam siti, *unde* sal قشاسارى *cognomen accepit. Kam.*

قشب *F. i. n. a.* قشب 1) Miscuit unam rem altera, *ex. gr.* venenum cibo *c. a. r. et* ب *r. Kam. Dj.*, venenum veneno ad confortandum. *Reisk. ad Gol.*; 2) Laesit, affecit re ingrata *aliquem c. a. p. et* ب *r. Kam.* (*In Kamuso Calcutt. vitium inest*; *non enim coniungendae sunt voces* المكروه المستقذر; *sed* المستقذر *nominis locum tenet*: res foeda. *Kam. Turc.*); 3) Corrupit *rem c. a. Kam.*; 4) Venenum propinavit *c. a. p. Dj.*; 5) Nocuit *c. a. p. Kam.*; 6) Inquinavit *aliquem re c. a. p. et* ب *r. Kam. Dj.*; 7) Opprobrio affecit *aliquem c. a. p. Kam.*; Calumniis lacessivit et mendaciis *aliquem c. a. p. Kam.*; 8) Acquisivit, reportavit laudem *vel* vituperium. *Kam. Dj.*; 9) Dementavit, destituit intellectu *aliquem c. a. p. Kam.*; 10) Polivit *ensem c. a. Kam.* b) قشب *n. a.* قشابة Candidus, nitidus fuit. *Kam.* II *n. a.* تقشيب Miscuit *venenum veneno* ad confortandum. *Reisk. ad Gol.*; Inquinavit

aliquem re c. a. p. et ب *r. Kam.*; Corrupit, laesit, male affecit *odor rei*, ac si venenatus fuisset *c. a. p. Dj.* VIII Retulit laudem *vel* vituperium. *Dj.*

قَشْبٌ Res foeda. *Kam.*; Politus *ensis*, *et contra* rubiginosus. *Gol.*

قِشْبٌ Mixtio. *Diw. Huds.*; *Pl.* أَقْشَابٌ Toxicum. *Kam. Dj.* رجل قِشْبٌ خِشْبٌ In quo nihil boni est vir. *Kam. Dj.*; Anima. *Kam.*; Rubigo. *Kam.*; Planta similis ei, cui nomen مُغْد est. *Kam.*

قَشَبٌ Venenum. *Gol.*

قَاشِبٌ Sartor. *Kam.*; Infirma mente praeditus. *Kam.*

قِشْبَةٌ Vir vilis et despectus. *Kam.*; Pullus simiae. *Kam.*

قَشِيبٌ (*Pl.* قُشُبٌ, قُشْبٌ. *Meid.*) Novus, recens factus *vel* usurpatus; Politus, *et contr.* rubiginosus *ensis. Kam. Dj.*; Novus, *et contr.* tritus. *Kam.*; Candidus, nitidus. *Kam.*; Cui caro cum toxico mixta obiecta est, ut ob plumas necaretur, *vultur. Dj.*

قُشْبَانِيَّتَانِ *Dual.* Vestes duae tritae. *Kam.*

مُقَشَّبٌ Impurus, *de nobilitate. Kam. Dj.* (*propr.* Mixtus nobilitate et vilitate). *Hamas. p.* ٣٣١.

قِشْبِر Sequior lana, *et* partes eius, quae reiiciuntur. *Kam.*

قُشَابِرٌ Asper, *de fuste. Kam.*; Longus *barbâ c. g. Kam.*; Propagatus, *de scabie. Kam.*

قُشْبَارٌ Longus. *Dicitur* قشبارُ اللحية Longam habens barbam. *Kam.*

قِشْبِرٌ Crassus. *Kam.*

قَشْبَنْد *F.* ة (*Sic in Kamuso Turcico*) Longus, magno collo praeditus. *Kam.*

قَاشِحٌ *i. q.* قَاسِحٌ. *Kam.*

قَشْلَع Hyaena. *Kam.*

قُشَاحٌ Siccus. *Kam.*

قَشَدَ *pro* كَشَدَ *c. a. Kam.*

قِشْدَةٌ Herba lacte impleta. *Kam.*; Cremor seu butyrum recens tenue. *Kam.*; Sordes, quae in imo resident, quum cremor cum farina et dactylis coquitur. *Kam. Dj.*

قُشَادَةٌ *Idem sign. ultima. Gol.*

قُشْدَةٌ *Idem quod* قِشْدَةٌ. *Kam.*

قَشَرَ *F. i. et o. n. a.* قَشْرٌ 1) Decorticavit *vel* excoriavit *c. a. Kam. Dj.*; 2) Infaustus fuit *alicui c. a. p. Kam.* II Decorticavit *vel* excoriavit *c. a. p. Kam. Djeuh.* V Decorticatus *vel* excoriatus fuit. *Kam. Dj.* VII *Id. Kam. Dj.*

قِشْرٌ *Pl.* قُشُورٌ Id, quo res sive natura sive casu obtecta est (cortex). *Kam. Dj.*; Vestimentum. *Dicitur* عليه قِشْرٌ حسنٌ. *Kam.*; Piscis spithamae longitudinem habens. *Kam.*

قُشْرٌ Piscis spithamae longitudinem habens. *Kam.* القُشْرَانِ *Dual.* Duae alae locustae. *Kam.*

قَشَرٌ Intensus rubor. *Gol.*

قَشِرٌ Corticosus, *de dactylo. Kam. Dj.*

قَاشِرٌ *F.* ة Cuticulam excorians ictus. *Dj.*; Terram radens abradensque *pluvia. Dj.*; Ultimus post alios in certamine currens *equus. Kam.*

قِشْرَةٌ Id, quo res sive natura sive casu aliquo obtecta est (cortex *vel* eius particula). *Dj.*; Squama; Pars corticis, crustae cuticulaeve. *Gol.*; Caprarum parvarum species globi formam habentium. *Kam.*

قُشْرَةٌ Faciem terrae decorticans *pluvia. Kam.*

قُشَرَةٌ *Id. Kam.*; Infaustus. *Kam.*

قِشْرِيّ E cortice rei paratus (*sic de potu* Caffe *appellato*).

قَشْوَرَ Defricuit, percussit *fuste c. a. p. et* ب. *Kam.*

قُشْوَرٌ Menstrua non patiens mulier. *Kam.*

قَشُورٌ Medicamentum, quo excoriatur facies, ut pura fiat. *Kam.*

قَاشِرَةٌ Levissimum capitis, quo cutis solummodo laeditur, *vulnus. Kam.*; Defricans faciem, ut magis niteat, *mulier. Kam.*

قُشَارَةٌ Cortex *seu* res ab alterius superficie remota, detracta. *Kam.*

قَاشُور et قاشورة Omnia excorians, *i. e.* sterilis *annus.* *Kam. Dj.*; Infaustus, *de viro. Kam. Dj.*; Ultimus in cursus certamine (decimus) *equus. Kam. Dj.* (*qui tum* سكيت, *tum* فسكل *appellatur*).

أَقْشَر *Fem.* قَشْرَآء Cortice nudatus. *Kam.*; Nudatus pelle *serpens. Kam.*; Excoriatum propter aestum habens nasum. *Kam. Dj.*; Valde ruber, rubicundus. *Kam. Dj.*

شجرة قشراء Arbor, cuius pars quasi decorticata est. *Kam.*

مِقْشَر Importunus in rogando. *Kam.*

مُقْتَشِر Nudus. *Kam.*

مُقَشَّر *F.* ة Decorticatus *et* rotundus. *Gol. ex Exod.* xvi, 14.

مقشور Decorticatus. المقشورة Defricans faciem, ut magis niteat, *mulier. Kam.*

قَشَطَ (*i. q.* كشط) 1) Dimovit suo loco; Detexit; 2) Percussit fuste. *Kam.* V *et* VII Serenum fuit *coelum. Kam.*

قشاط *i. q.* كشاط. *Kam.*

قَشَعَ *F. a. n. a.* قَشْع 1) Dispulit, dissipavit *ventus nubem c. a. Kam. Dj.*; 2) *n. a.* قُشُوع Disgregavit dispulitque *homines c. a. p. Kam. Dj.*; 3) Mulsit *camelam c. a. Kam.*; 4) *n. a.* قَشْع Pronum stravit coniecitve. b) قَشِعَ *n. a.* قَشَع Levis et inconstans fuit. *Kam.* IV Dispulit, discussit *ventus nubem c. a. Kam.*; Discussa, dispersa fuit *nubes. Kam. Dj.*; Dispersus fuit, *de gente* (*rarius est*). *Kam. Dj.*; Recesserunt *ab aqua homines c.* عن *l. Kam. Dj.* V Discussus, dispulsus fuit. *Kam.*; Dispersus fuit, *de gente. Kam. Djeuh.* VII Dispersus fuit, *de nube. Kam. Dj.*

قَشْع Sordes balnei, quae everruntur. *Kam.*; Pituita. *Kam.*; Aqua tenuis congelata super re. *Kam.*; Res a superficie terrae manu sublata, quae abiicitur. *Kam.*; Crusta luti sicci, quae detrahitur. *Kam. Dj.*; Nubes dissipata, ut dispareat. *Kam.*; Cophinus palmarum foliis textus. *Kam.*; Plumae struthiocameli. *Kam.*; Amens, stupidus. *Kam.*; Uter aridus. *Kam.*; Cui prae senio carnes aridae factae sunt, *de viro*, قشعة *autem de femina tali. Kam.*; Stratum (نطع), *vel* Pars strati vetusti tritique. *Kam.*; *Plur.* قُشُع Pellis arida. *Kam.*; Pellis trita, *vel* Vestis pellicea trita. *Kam.*; *Plur.* قُشُوع Tentorium ex pellibus factum. *Kam. Dj.*; Chamaeleon. *Kam.*; Mas hyaenae. *Kam.*

قِشْع Sordes balnei. *Kam.*; Evanescens nubes. *Kam.*

قُشْع Sordes balnei. *Kam.*

قَشِع Inconstans, in nulla re stabilis *vir. Kam.*; Siccus, aridus. *Kam.*

قَشَاع (*i. q.* قزاع) Pars panni. *Kam.*

قَشَاع Vox hyaenae feminae. *Kam.*

قِشْعَة *Pl.* قِشَاع Pars nubis remanens post alias dispulsas. *Kam.*; Pars crustae luti. *Kam. Dj.*; Pars pellis aridae. *Kam.*; Planta, quae in arbore crescit sine radice in terra. *Kam.*; Vetula, anus. *Kam.*

قَشَعَة *Pl.* قَشَع Pars nubis remanens post alias dispulsas. *Kam. Dj.*; Pars pellis aridae, tritae. *Kam.*; Pituita. *Kam.*

شاة قشعة Macra ovis. *Kam.*

قَشِيع Disgregatus, dispersus, *de pabulo. Kam.*

قُشَاعَة Pituita. *Kam.*; Tentorium e pellibus factum. *Kam.*

قَشِيعَة Pituita, quae screatu excernitur. *Gol.*

أَقْشَع Excelsior, nobilior. *Kam.*

قِشْعَبَان Animalculum scarabaeo simile. *Domair.*

قُشْعُر et قُشْعُور Cucumis. *Kam.* (*Dialecto Iemanensium proprium vocabulum. Ibn-Doraid.*)

قُشَاعِر Asper cute et annosus. *Kam.*

قُشَعْرِيرَة Horror, qui et erectis pilis fit. *Kam.*

اِقْشَعَرَّ *n. a.* اِقْشِعْرَار Horrore correpta fuit tremuitque *cutis. Kam.*; Sterilis fuit *annus. Kam.*

مُقْشَعِرّ *Pl.* قَشَاعِر Horrore tremens. *Gol. ex Dj. conf. Hamas. p.* ٧٩.

قَشْعَم *Pl.* قَشَاعِم Annosus, *de vulture, viro. Kam. Dj.*; Crassus. *Kam.*; Leo. *Kam.* أم قشعم Mors, infortunium. *Dj.*; Bellum. *Kam.*; Hyaena; Aranea. *Kam.*; Formicarum nidus. *Kam.*

قَشْعَامٌ Vultur mas et magnus. *Kam.*

قُشْعُومٌ Pumilio. *Kam.*; Ricinus. *Kam.*

قَشْعَانٌ *et* قُشْعُبَانٌ Vultur mas et magnus. *Kam. Dj.*

قَشْعَامَةٌ Laqueus, decipula. *Kam.*

قَشِفَ *n. a.* قَشَفٌ 1) Squalidum colorem cutis habuit *homo.* *Dj.*; Squalido fuit habitu corporis *homo*; 2) Prava et tenui vitae conditione usus est (ob paupertatem). *Kam.* b) قَشُفَ *n. a.* قَشَافَةٌ *Id. Kam.* V Tenui victu ac grossiore sordidoque amictu toleravit vitam. *Gol.*

قَشْفٌ *et* قَشِفٌ Squalidum cutis colorem habens. *Djeuh.*; Squalidum habens corporis habitum; Prava et tenui (propter paupertatem) vitae conditione usus. *Kam.*

قَشَفٌ Squalor cutis, marcor, *et* foedatus corporis color habitusve; Miser et angustus *vitae* status *c.* من. *Harir. p.* ٩١. *Gol.*

قَشِفٌ Colorem obscuriorem habens ab aestu solis vel paupertate. *Kam.*

قُشَّافٌ *nom. gen.* (*nom. unit. c.* ة) Lapides tenues cuiuslibet coloris.

أَقْشَفُ Sterilis *annus* (*et cum voce* اقشر *coniungitur*). *Kam.*

مُتَقَشِّفٌ Pauco victu ac viliore amictu utens. *Kam. Dj.*; Non curans sordes corporis. *Kam.*

قَشْقَشَ Convaluit *aeger*; Sanavit *scabiem c. a. Kam. Dj.* II Sanatus fuit *a variolis*, *scabie c.* من *r. Kam. Dj.*

مُقَشْقِشٌ Convalescens *a scabie etc.*, *vel* Ab hypocrisi resipiscens ad veram fidem. *Gol.*

الْمُقَشْقِشَتَانِ Duo Alcorani capita, quae الكافرون et الاخلاص inscripta sunt. *Kam.*

قُشْلُبٌ *et* قِشْلِبٌ Plantae nomen. *Kam.*

قَشَمَ *n. a.* قَشْمٌ 1) Edit, *aliis* multum edit; Meliores cibi partes, reiectis aliis deterioribus, edit *c. a. r. Kam. Dj.*; 2) *n. a.* قَشْمٌ Rupit fiditque *folia palmae*, ut contexeret ea *c. a. r. Kam. Dj.*; 3) *F. i.* Mortuus fuit *vir.* (*Hanc vero significationem Coraah grammaticus attulit.*).

قَشْمٌ Res, quae edendo *aut* pascendo capitur; Locus, ubi aqua fluit in horto. *Kam.*

قَشْمٌ *Pl.* قُشُومٌ Locus angustior, per quem aqua in vallem fluit *vel* in terram, *vel* Locus, per quem aqua fluit (*general.*). *Kam.*; Natura. *Kam.*; Corpus; Habitus corporis; Caro quando coquendo maturuit et rubuit. *Kam.*; Adeps. *Kam.*; Radix, origo. *Kam.*; Dactyli maturescere incipientes albi, qui ante perfectam maturitatem eduntur. *Kam.*

قَشْمٌ Dactyli maturescere incipientes, albi et dulces: qui ita comeduntur ante plenam maturitatem. *Kam.*

قَشَامٌ Vestis ex lana confecta pellicea. *Kam.*

قُشَامٌ *Pl.* قُشُومَةٌ Reliquiae cibi, quae abiici solent. *Kam. Dj.*; Morbus palmae, quo fructus decidunt, antequam maturescere coeperint. *Kam. Dj.*

قَشِيمٌ *Pl.* قَشْمٌ Aridus fructus palmae pumilae. *Kam.*

قُشَامَةٌ Reliquiae cibi, quae abiici solent. *Kam. Dj.*

مَقْشَمٌ Locus edendi. *Dicitur* ما أصابت الابل منه مَقْشَمًا. *Kam. Dj.*

الْقَشْمَذِينُ Coelum (*vocab. Ieman.*). *Kam.*

الْقُشْوَنِيَّةُ Tenui cute et angusto ore praedita *camela.* *Kam.*

قِشْنِيزَةٌ Herba folia habens sicut intybum parvum, viridis, quae hominibus cibo inservit, ab ovibus multum amata est. *Kam.*

قَشَا *F. o.* 1) Decorticavit, dolavit *lignum c. a. r. Kam. Dj.*; 2) Defricuit, abstersit *faciem c. a. r. Kam. Dj.*; 3) Exuit pellem *serpenti c. a. serp. Kam.* II *n. a.* تَقْشِيَةٌ Decorticavit *c. a. r. Dj.*; Exuit pellem *serpenti c. a. serp. Kam.*; Avertit, prohibuit *a negotio suo c. a. p. et* عن *r. Kam.* IV E divite evasit pauper. *Kam.*

قَاشٌ Obolus improbus. *Kam.*

قَشًا Sputum. *Kam.*

قَشْوَةٌ *Pl.* قِشَاءٌ, قَشَوَاتٌ Qualus ex foliis palmae, in quo odores et gossipium reponit mulier. *Kam.*

قُشْوَةٌ Agger et obex aquae oblongior. *Gol.*

قَشِيٌّ *i. q.* قَسِيٌّ, *de pecunia. Kam.*

قَشْوَانُ *F.* 8 Tenuis, gracilis, *de homine. Kam.*

قُشَاوَةٌ Agger longus. *Kam.*

مَقْشُوٌّ, مَقْشِيٌّ Decorticatus. *Kam. Dj.*

مُقَشًّى *Id. Dj.*

قَصَّ *F. o.* 1) *n. a.* قَصٌّ Resecuit, praecidit, *de capillo, unguibus c. a. r. Kam. Dj.*; 2) *n. a.* قَصَصٌ, قَصٌّ Secutus fuit *vestigia alicuius c. a. Kam. Dj.* ارْتَدَّا على آثارهما قَصَصًا Redierunt a via, qua processerant ipsorum vestigia sequentes. *Kam.*; 3) *n. a.* قَصَصٌ Exposuit, narravit *c.* على *p. et a. r. Dj. Sic in Corani verbis* نحن نَقُصُّ عليك أَحْسَنَ القَصَصِ; 4) *n. a.* قَصٌّ Propinqua fuit *alicui mors c. a. p. Kam. Dj.* قصه على الموت Propinquum reddidit illum morti. *Kam.*; 5) Gravida apparuit *ovis, equa. Kam., aliis* Libido eius cessavit et gravida fuit. *Kam.* II *n. a.* تقصيص Gypso obduxit *domum c. a. vide* قص *et* قصة. *Kam. Dj.* III (*De duob.*) Retaliavit, coaequavit rationes *c. a. p. Kam. Dj.* IV Propinqua fuit *alicui mors c. a. p. Kam. Dj.*; Prope adduxit *aliquem ad mortem c. a. p. et* من *r. Dj. Dicitur* ضربه حتى اقصّه من الموت. *Kam.*; Copiam vindictam sumendi *ab aliquo* concessit *alicui c.* ل *p. et* من *alt. Kam. Dj.* (quod fit, dum simili vulnere, quam alter, vulneratur aut occiditur). أقص من نفسه Retaliandi sui copiam fecit; *item* Herbam قصيص protulit *terra. Dj.*; Gravida apparuit *ovis, equa, aliis* Libido cessavit et gravida fuit. *Kam. Dj.*; Debilis fuit *prae macie camelus*, ut non posset celeriter incedere. *Kam. vide* قصيص. V Secutus fuit *vestigia alicuius c. a. r. Kam. Dj.*; Memoria servavit *orationem alterius c. a. r. Kam.* VI *De plurib.* Retaliarunt invicem, *et* rationes initas inter se aequarunt: *uti in computo etc. Dj.* VIII Secutus fuit *vestigium c. a. r. Kam. Dj.*; Retulit *dictum aut factum suo modo ac vero c. a. r. Kam. Dj.* اقتصّ القصّة Relata ei fuit res; Vindictam cepit *ab aliquo c.* من *p. Kam. Dj., et pro alio iniuriam passo c.* ل; *et* Rogavit *aliquem*, ut retaliaret *c. a. p. Kam.* X Rogavit *aliquem*, ut retaliaret *c. a. p. Kam. Dj.*; Rogavit, voluit, ut rem referret. *Calil. p.* 130.

قَصٌّ (*i. q.* جَصٌّ) Gypsum; *item Plur.* قِصَاصٌ (قُصُوصٌ. *Gol. ex Exod.* IX, 20.) Pectus, *aliis* Caput pectoris, *aliis* Medium pectoris, *aliis* Os pectoris. (*Proverbialis est loquendi modus* هو الزمْ لك من شعرات قصّك.) *Kam. Dj.*; Lana *ovis* detonsa. *Kam.*

قَصَصٌ Pectus, *aliis* Caput pectoris, *aliis* Medium pectoris, *aliis* Os pectoris. *Kam. Dj.*; Narratio. *Dj.*

قَاصٌّ Narrator, recitator historiae. *Kam.*

قَصَاصٌ Arborum species, quas apes depascuntur: Euphorbia canariens. *Forsk. Flor. Aeg. Ar.* CXII; *inde* عَسَلٌ قَصَاصٍ *appellatum est* mel. *Kam.*; Parum quid. *Reisk. ad Gol.*

قَصَاصٌ Locus in capite, quousque pertingit pone et ante capillus, *aliis* occipitis terminus. *Kam. Dj.*; Locus, ubi coxae conveniunt. *Kam.*

قِصَاصٌ Talio, vindicta. *Kam. Dj.* (*Sic in libro* تعريفات *definitur* هو ان يفعل بالفاعل مثل ما فعل.) أَخَذَ مِنْهُ ٱلْقِصَاصَ Cepit de eo vindictam iusta talione. *Gol.*

قُصَاصٌ Locus in capite, quousque pertingit pone et ante capillus. *Kam. Dj.* (*Hic melior est enunciandi modus quam* قِصاص. *Dj.*); Locus, ubi coxae conveniunt. *Kam.*

قَصَّةٌ *Pl.* قِصَاصٌ (*Dial. Hidjasica pro* جَصَّةٌ) (*et* قِصَّةٌ) Gypsum. *Kam. Dj. Verba, quae traditione ad nos delata sunt* حتى تَرَيْنَ القَصَّةَ البيضاء, *sic explicantur* Donec videatis panniculum album sicut gypsum. *Kam. conf. Hamas. p.* ۴۹۰.

قِصَّةٌ *Pl.* قِصَصٌ Res gesta, *pec.* scriptum, historia. *Kam. Dj.* (*item de* libellis, qui iudici exhibentur. *Reisk. ad Abulfed. T. I. p.* 324 *adn.*); Camelus onerarius parvus. *Kam.*; Turba uno loco collecta. *Kam. Nomine autem* قصة *aut* ضمير القصة *appellatur* pronomen personale, quum initio phrasis positum ad omnia verba spectat, non ad unum solum. *conf. De Sacy Gramm. Arab. T. II. p.* 371 *ed. alt.*

قُصَّةٌ *Pl.* قُصَصٌ, قِصَاصٌ Capillus frontis. *Kam. Dj.*

قَصِيصٌ Locus in pectore, ubi proveniunt pili. *Kam.*; Sonus. *Kam.*

قُصَاصَةٌ Pars resecta *unguis, crinis aliusve rei. Harir. p.* ۲٥٨.

قِصَاصًا Talio, vindicta. *Kam.*

قَصِيصَةٌ *Pl.* قَصِيصٌ Species plantae, a cuius latere tubera nasci solent. *Dj.* هو اعلم بمنبت القصيص Ille bene scit locum, ubi id, quod necesse sit, assequi possit. Camelus sequens equitantium vestigia. *Kam.*; Camelus debilior et minor, qui pauca quantitate commeatum et supellectilia portat. *Dj.*; Turba uno loco congregata.

أَقَاصِيصُ *Pl.* τοῦ قِصَّةٌ Narrationes, historiae.

مِقَصٌّ Forfex. *Kam. Dj.*; *Dual.* مِقَصَّانِ Duae forficis partes. *Kam.*

مُقِصٌّ *Pl.* مَقَاصُّ Quae praegnans apparet *ovis, equa, aliis* Cuius libido cessavit, dum gravida est. *Kam. Dj.*

مُقَصَّصٌ Antias tonsas habens. *Gol.*; Capillum in fronte habens. *Dicitur* فرس مقصص. *Hamas. p.* ۴۹۰.

مَقْصُوصٌ Praecisas habens *alas c. g. Dj.*

قَصَبَ *F. i.* 1) Amputavit *c. a. r. Kam.*; Dissecuit, *pec. ovem* in membra, *lanio c. a. Kam. Dj.*; 2) *n. a.* قَصْبٌ Inhibuit bibentem *camelum*, antequam explevisset sitim *c. a. Kam. Dj.*; 3) *n. a.* قُصُوبٌ, قَصْبٌ Noluit bibere aquam et caput sustulit *camelus. Kam.* (*nondum restincta siti, neque enim bibit non expletus pabulo*). *Dj.*; 4) Vitii arguit, dedecore affecit *c. a. p. Kam. Dj.* II *n. a.* تقصيب Vituperavit, contumelia affecit *c. a. p. Kam.*; Folia diffudit, *de frugibus, sc. post* تفريخ. *Dj.*; Contorsit *cirrum c. a. r. Kam.*; Crispum reddidit, *de coma. Kam.*; Ligavit manus duas ad collum. *Kam.* IV Habuit camelos aquam bibere nolentes. *Dj.* *Proverb.* رعى فاقصب *de* pastore malo *adhibetur, nam si curam in pascendo non adhibet, bibere nolunt cameli*; Arundines produxit *locus. Kam.* VIII Amputavit *c. a. r. Kam.*

قُصْبٌ *Pl.* أَقْصَابٌ Dorsum. *Kam.*; Intestinum. *Kam. Dj.*; Chorda ex intestinis parata. *Gol.*

قَصْبْ قَصْبْ Vox, qua ovis femina vocatur. *Kam.*

قَصَبٌ *nom. gen.* Planta arundine praedita, arundo. *Kam. Dj.*; *inde* قصب البردى Papyrus; Ossa digitorum. *Kam.*; Tales res e metallo factae. *Kam. Dj.*; *et* Fistula. *Reisk. ad Gol.*; Os medullam continens. *Kam.*; Aspera arteria, meatus respirationis. *Kam. Dj.*; Canales, per quos e fontibus aqua diffunditur. *Kam. Dj.* قصب البطحاء Aquae confluentes ad puteorum fontes. *Dj.*; *item Coll.* Panni linei molles (genus, quod in Aegypto texitur). *Dj.*; Uniones fulgentes et smaragdi fulgentes cum hyacinthis exornati. *Sic in verbis traditione ad nos delatis* بَشِّرْ خَدِيجَةَ بِبَيْتٍ مِن قَصَبٍ. *Kam.*

قَاصِبٌ *gener. comm.* Nolens bibere capite elato. *Dicitur* ناقة قاصب *et* بعير قاصب. *Kam. Dj.*; Fistulis canens. *Kam.*; Lanio. *Kam. Dj.*; Tonitru sonans. *Kam.*

قِصَابٌ Agger in fossa ad latera putei contra collectam aquam exstructus. *Kam.*

قَصَبَةٌ Una planta arundine praedita, arundo. *Kam.*; Puteus recenter fossus. *Kam.*; Cirrus contortus. *Kam.*; Cartilago *sive* imbrex *nasi. Gol.*; Os *nasi. Dj.*; Duo ossa cruris, quorum exterior appellatur القصبة الصغرى, interior القصبة الكبرى. *Gol.*; Medium *utris aquarii. Gol.*; Oppidum, *vel* potior, praecipua pars oppidorum; Pagus, vicus. *Kam. Dj.* (*est* Locus principalis regionis); Palatium, arx, *aliis* eius anterior pars; *Pl.* قِصَابٌ Domus. *Kam.*; Mensurae species, qua in terris demetiendis utebantur, sex ulnas et tertiam ulnae partem continentis. *conf. Kamus. Turcic. s. v.* فدّان. قصبات Instrumentum, quo textores utuntur. *Tochfat Ichwan p.* ۳۴٨.

أرض قَصِبَةٌ Arundine abundans terra. *Kam.*

قَصُوبٌ Qui tonditur, *de ove. Kam.*

قَصِيبٌ *comm. gen.* Recusans bibere capite elato *camelus. Dicitur* ناقة قصيب *et* بعير قصيب. *Kam.*

قَصَّابٌ Fistulator canens. *Kam. Dj.*; Lanio. *Kam. Dj.*

قَصْبَاءُ *Coll.* Plantae arundineae, arundines. *Kam. Dj.*; Arundinetum. *Gol.*

قِصَابَةٌ Ars fistulatoria. *Dj.*

قَصَبَاةٌ Una planta arundine praedita, arundo. *Kam.*

قَصَبِيٌّ Pannus mollis lineus. *Kam. conf.* قَصَبٌ; Arundine constans. *Meid.*

قَصَّابَة Obtrectator hominum. *Kam.*; Arundo, tubulus, fistula musica. *Kam.*

قُصَّابَة Cirrus contortus. *Kam. Dj.*; *Pl.* قُصَّاب Fistulae, tibiae. *Dj.*

قَصِيبَة *Pl.* قَصَائِب Cirrus contortus. *Kam. Dj.*; Arundo, tubulus, fistula musica. *Kam.*

تَقْصِبَة et تَقْصِيبَة *Pl.* تَقَاصِيب Cirrus contortus. *Kam. Amru'l Kais-Moall. v.* 34 *schol. Sus. ed. Hengstenbergii.*

مَقْصَب Arundine abundans locus. *Hamas. p.* ۴۹۰.

مُقَصَّب *F.* ة Tortus et crispatus *capillus. Dj.*

مُقَصِّب Is, qui custodit palos ornatos erectos in fine campi, ubi equi certant cursu. *Kam.*; Multam spumam habens lac. *Kam.*

أَرْض مُقْصِبَة Arundine abundans terra. *Kam.*

قَصْبَلَ Edit omnem *cibum c. a. r. Kam. conf.* قصفل.

قَصَدَ *F. i. n. a.* قَصْد 1) Intendit, proposuit sibi *rem c. a.* (*vel* ان) *vel* ل *vel* الى. *Kam. Dj.*; Petivit, *pec.* intentans necem *c. a.*; Attulit *alicui aliquid c. a. p. et* ب *r. vel c.* ب *r. et* ل *p.* (*ut* laudem, carmen). *Hamas. p.* ۴۱; Invasit *aliquem c.* ل *p.*; 2) *n. a.* قَصْد Fregit *lignum c. a.* (*gener. signific.*), *aliis* per medium fregit. *Kam. Dj.*; 3) *n. a.* قَصْد Medio modo se habuit, non crassus, non gracilis; non parcus, non prodigus; non celer, non lentus. *Dj.* اقصد فى مشيك Ito recta et media via. اقصد بذرعك Tempera tibi ipsi; Propinquus fuit; Modum rectum tenuit. *Dj.*, *in re c.* فى *r. Kam.*; 4) Iustitia usus fuit. *Kam.*; 5) Parce sumtum fecit. *Kam.*; 6) Inconstans fuit *in aliqua re*; 7) *n. a.* قَصْد Poëmata قصيدة appellata composuit *poëta. Kam.* b) قَصُدَ *n. a.* قَصَادَة Pinguis fuit. *Kam.* II *n. a.* تَقْصِيد Fregit *lignum c. a.* (*gener. signific.*), *aliis* in medio fregit. *Kam.* IV Recta contigit *sagitta*, *et* peremit *aliquem c. a. p. Kam. Dj.*; Confodit non aberrans *c. a. p. Kam.*; Morsu occidit *serpens. Kam. Dj.* V Fractus fuit (*gener. signific.*), *aliis* in medio fractus fuit. *Dj.*; Occisus fuit; Mortuus fuit *canis etc. Dj.* VII Fractus fuit (*gener. signific.*), *aliis* in medio fractus fuit. *Kam. Dj.* VIII Modum rectum tenuit *in re c.* فى *r. Kam.*; Poëmata قصيدة appellata composuit *poëta. Kam.*

قَصْد Propositum. *Kam.* بِقَصْد Eo fine ut. *Habicht. epist. Arab. vocab.*; Rectitudo *viae. Kam. Dj.*; Rectus, *de via. Kam.*; Nec corpulentus neque emaciatus, sed mediocris staturae *vir. Kam.*

قَصْدَكَ Ad te, te versus. *Dj.* بِقَصْد Dedita opera. *Gol.*

قَصَد Rhamnus. *Kam.*; Molliores rami rhamni. *Kam.*; Virgulta tenera arboris عضاة tempore autumni. *Kam.*; Fames. *Kam.*

رمح قَصِد Fracta hasta. *Kam.*

قَاصِد *F.* ة *Pl.* قُصَّاد Tendens *etc.*, *it.* Propinquus. *Kam. Dj.* بَيْنَنَا وبين الماء ليلة قاصدة Inter nos et aquam est iter unius noctis facile perficiendum. *Kam. Dj.*

قِصْدَة *Pl.* قِصَد Fragmentum rei. *Kam. Dj.*, ossium, *aliis* in quibus medulla est. *Diw. Huds.*

قَصَدَة Primum germen omnis arboris spinosae. *Kam.*

قَصُود Medulla pinguis, *aliis* non omnino pinguis. *Kam.*

قَصِيد *Fem.* Poëma, cuius versuum dimidium (شطر) perfectum est (تمّ), ex tribus tantum versibus vel pluribus constans, *aliis* sedecim vel pluribus constans. *Kam. conf. libr. meum Darstell. d. Ar. Versk. p.* 374; Medulla pinguis, *aliis* non omnino pinguis. *Kam.* (*de bona potius medulla adhibetur, opponitur enim voci* رير. *conf. Kamus. s. v.* غموس); Os medullosum. *Kam.*; Baculus. *Kam.*; Caro sicca. *Kam. Dj.*; Camela pinguis, medullam in ossibus habens. *Kam.*; Pinguis, *de tubere. Kam.*; Prompte factus et bonus, *de carmine. Kam.*

رمح قصيد Hasta fracta. *Kam.*

قَصِيدَة *Pl.* قَصِيد *et* قَصَائِد Poëma. (*Sed non nisi de* poëmatibus longioribus, quae septem vel decem aut pluribus versibus constant. *conf. Darstell. d. Arab. Versk. p.* 135. 374.) *Dj.*; Baculus. *Kam.*; Camela pinguis, medullam in ossibus habens. *Kam.*

رمح أَقْصَاد Fracta hasta. *Kam. Dj.*

مَقْصَد *Pl.* مَقَاصِد Scopus, intentio. *Abu'l'Ahla.*

مُقْصَد Ex morbo subito moriens. *Kam.*

مُقَصَّد Nec corpulentus nec emaciatus, mediocris staturae *vir. Kam.*

مُقْتَصِد *Id. Kam. Dj.*; Qui medio modo se habet, *sive* quoad corpus, *sive* quoad animum. *Gol.*

مُقْصَدَةٌ Mulier ob proceritatem corporis et formam cuique placens. *Kam.*; Paululum parva mulier. *Kam.*

مَقْصُود Propositum, quod quis intendit. *Gol.*

مُقْصَدَةٌ Signum camelorum in auribus. *Kam.*

قَصْدِير Stannum. *Kam.*

قَصَرَ 1) *n. a.* قَصْرٌ, قِصَرٌ Brevis fuit. *Kam.*; Recessit, consedit *dolor*, *ira c.* عن *p. Kam.*; 2) *n. a.* قُصُور Defuit, impar fuit *rei* perficiendae *c.* عن *r.*, *vel* Destitit *a re c.* عن *r. Kam. Dj.*, destitit *ab eo*, quod perficere non potuit: *ita* nec attingere potuit *scopum sagitta c.* عن. *Harir. p.* ٥٣٠. (*Sed melius adhibetur* اقصر.) *Dj. Gol.*; 3) *F. i. n. a.* قَصْرٌ Praecidit *capillos c. a. r. Kam.*; *F. o. n. a.* قَصْرٌ Diminuit *de precatione*, *scil.* faciens inclinationes tantum duas loco quatuor *c.* من. *Harir. p.* ٣٥٠. *Gol.*; Brevem reddidit *rem c. a. r. Kam.* قصر به القولُ فى Cum contemtu loquuntur de eo in re. *conf. Amru b. Kelth. Moall. v.* 55; Inhibuit *rem c. a. r. Kam. Dj.*; Retinuit, cohibuit *equum c.* من *r.*; Soli *alicui* tradidit *rem* peragendam *c. a. p. et* على *r. Kam.* قصرت نفسى على هذا الامر Mentem applicui huic soli rei alius rationem non habens. *Kam. Dj.* قصرت الشى على كذا His limitibus circumscripsi rem. *Kam. Dj.*; 4) Continuit, incarceravit *aliquem c. a. p. Djeuh. Dicitur* قصره فى بيته. *Kam.*; 5) *n. a.* قَصْرٌ Tundendo lavandoque dealbavit *vestem*, fullonum more *c. a. Djeuh.*; 6) *F. o. n. a.* قَصْرٌ (*n. a.* قُصُور. *Dj.*) Advenit, tenebris misceri coepit *vespera*. *Dj.*; Ad vespertinum tempus pervenit, illud ingressus fuit. *Kam.*; 7) *n. a.* قُصُور Cari pretii fuit, *et contra* decrevit et vilis pretii fuit *annona*. *Kam.*; 8) Demissos continuit oculos *mulier*, neminem respiciens praeter maritum, *et quasi contra* demisit laxavitque *velum etc. c. a. Dj.* b) قَصِرَ *F. a. n. a.* قَصَرٌ, قَصَرٌ Morbo cervicis, qui قَصَرٌ dicitur, correptus fuit vel laboravit *homo vel camelus*. *Kam. Dj.* c) قَصُرَ (*et pro hoc* قَصْرَ *in quadam dialecto. Ibn-Doraid.*) *F. o. n. a.* قَصَارَةٌ Brevis fuit. *Kam. Djeuh.* قصر الباع, قصر اليد Impotens fuit. II Abbreviavit *c. a. r.*; Recessit, consedit *dolor*, *ira c.* عن *p. Kam.*; Destitit *a re* (quam perficere potuit. *Harir. p.* ١٠٩), *vel* Impar fuit *rei* perficiendae *c.* عن *r. Kam.*; Minus fecit, quam debuit, lente processit, cunctatus fuit *in negotio c.* فى *r. Djeuh.*; Brevem peregit *precationem*. *Dj.*; Avare se gessit in donando. *Kam.*, *c.* ب *p.*; Neglexit et sustulit signum Teschdidi (*terminus grammat.*). *Reisk. ad Gol.*; *n. a.* تَقْصِير Signo in colli radice notavit *camelum c. a.* *vide* قِصَار. *Kam.*; Tractavit et tundendo mundavit *pannum fullo c. a. r. Dj.*; IV Destitit *a re*, *vel* Impar fuit *rei* perficiendae *c.* عن *r. Kam. Dj.*; Destitit *a precibus faciendis*, minus, quam par erat, faciens *c.* من *r. Dj.* (*Sed in scholiis ad Motenabbii carmina sic coniugatio prima et quarta distinguuntur, ut illa* desistendi sine potestate perficiendi, *haec* desistendi cum potestate perficiendi *significationem habeat. conf. Harir. p.* ١٠٠.); Breves corpore liberos peperit *mulier*. *Kam. Dj. Sic in proverb. locut.* الطويلة قد تُقصر والقصيرة قد تطيل. *Kam.*; Annosa fuit, curtatis dentium extremis *ovis*, *capra*. *Dj.*; Ad tempus vespertinum (مقصر) pervenit, illud ingressus fuit. *Kam. Dj.* V Impar fuit *rei c.* فى *r. Gol.*; Contraxit se. *Meid.*; Oblectatus, solatus fuit *c.* ب. *Kam.* VI تَقَاصَرَ *et* تَقَوْصَرَ Brevem se ostendit *aut* simulavit. *Kam.*; Destitit *a re c.* عن *r.*, *vel* Impar fuit *rei* perficiendae *c.* عن *r. Kam.* VIII Substitit *in re*, ea sola contentus nec excedens eam *c.* على. *Kam. Dj.* تَقَوْصَرَ Intravit una pars rei in alteram et sic contracta fuit. *Kam.* X Reputavit *eum* قصيرا brevem, *vel* مُقْصَرًا abbreviatum. *Dj.*

قِصْرٌ Brevitas; Quod minus aliquis facit, quam facere debet, segnities. *Dicitur* احبّ القِصْرَ. *Kam.*; Tempus vesperascens. *Kam. Dj.*; Crassum lignum (حطب). *Kam.*; Finis, extremum. قَصْرُكَ ان تفعل ذاك Finis tuus est, ut hoc facias (*i. e.* nil maius peragere potes). *Dj.*; *Pl.* قُصُور Habitaculum, *aliis* omne aedificium lapidibus exstructum, palatium, arx. *Kam. Dj.*; Carcer. *Gol.* *In arte metrica* Ea pedis permutatio, qua littera quiescens e parte, quae سبب خفيف appellatur, abiecta est et littera mota vocali privata est. *conf. Darstell. d. Arab. Versk. p.* 87. *In arte autem rhetorica* Quod una res additâ alterâ specialis fit, ita ut describendo nonnisi una haec res isti alteri tribuatur, *ex. gr.* انما زيدٌ قايمٌ Nonnisi Saidus est stans, *vel* ما ضربت الا زيدا Nonnisi Saidum percussi. *conf. Almuktuz. p.* ١٤٣ *sqq. Haec autem sunt verba*, *quibus in libro* تعريفات *inscripto vocabulum explicatur*: — القصر

في الاصطلاح تخصيص شي بشي وحصره فيه ويسمى الامر الاول محصورا والثانى محصورا عليه كقولنا فى القصر بين المبتداء والخبر انما زيد قايم وبين الفعل والفاعل نحو ما ضربت الا زيدا.

قَصَرٌ Quod minus aliquis facit, quam facere debet, segnities. *Kam.*; *Sing. ac Plur.* Morbus, quo arida fit cervix et fere incurvari solet. *Kam. Dj.*; Id, quod remanet in cribro post cribrationem, *aliis* in foeno Burgundiaco, postquam excussum fuit, *aliis* Cortex superior grani. *Kam.*; Radices et reliquiae arborum aut palmarum. *Kam.*; Colla hominum et camelorum. *Kam. Djeuh.*

قِصَرٌ Brevitas. *Kam.*

قَصِرٌ Ariditate colli seu morbo قَصَر dicto laborans. *Kam.*

قُصَر Nomen plantae: Kosaria foetida. *Forsk. Flor. Aeg. Ar. p.* cxxi, 165.

قاصِرٌ *F.* ة Brevis. قاصِرُ اليد Impotens; Adspectum demittens. *Gol.* ماء قاصِرٌ Frigida aqua. *Dj.*, *vel* longius a pabulo distans, *vel* circa quam pecora pascuntur. *Kam.*

قَصَارٌ Segnities, ignavia. *Kam.*; Finis, extremum. *Dicitur* قَصَارُكَ ان تفعل كذا Extremum est tuum, ut hoc facias (*i. e.* nil maius facere potes). *Kam.*

قِصَارٌ Abbreviatio. *Kam.*; Signum colli pecoris radici impressum. *Kam.*

قُصَارٌ Extremum, finis. *Dicitur* قصارك أَنْ تفعل كذا Extremum tuum est, ut hoc facias (*i. e.* nil maius facere potes). *Kam.*

قُصُور Segnities, cunctatio. *Habicht. epist. Arab. vocab.*

قَصَرَةٌ *et* هو ابن عمى قُصْرَةً Proxima et germana cognatione est mihi patruelis. *Kam.*

قُصْرَةٌ Quod minus aliquis facit, quam facere debet, segnities. *Kam.*

قَصَرَةٌ Id, quod remanet in cribro post cribrationem, *aliis* in foeno Burgundiaco iam antea excusso, *aliis* Cortex superior grani. *Kam.*; *et Pl.* أَقْصَارٌ Uropygium avis et radix colli. *Kam.*; *it.* Segmentum ferri. *Kam.*; Fragmentum ligni. *Kam.*; Ignavia. *Kam.*

قَيْصَرٌ *Pl.* قَيَاصِرَةٌ Caesar, imperator Graecorum. *Kam.*

قَصِيرٌ *Pl.* قِصَارٌ, قُصَرَاءُ *F.* ة *Pl.* قِصَارٌ, قَصَارَةٌ Brevis (*aliis* قصارة *singularis fem. est* brevis). *Kam. Dj.* فرس قصير Equa, quae prope domum detinetur, nec longius pastum abire sinitur, quum egregia sit. *Kam.* سيل قصير Torrens, qui non in valle, cui nomen est, fluit. *Kam.* قَصِيرُ النَّسَبِ Is, cuius pater notus est, ita ut, si filius eum nominet, non opus sit ad avum ascendere. *Kam.* *Et forma pluralis pro* قصور palatia *esse videtur. Anthol. Arab. p.* 108 *edit. cl. Humbert.*

قُصْرَى Quod in cribro remanet post cribrationem, *aliis* in foeno Burgundiaco iam antea in area excusso, *aliis* Cortex superior grani. *Kam.* القُصْرَيَانِ Costae duae, quae attingunt partem الطفطفة appellatam, *vel* attingunt claviculas (ترقوة). *Kam. Dj.* سورة النساء القصرى Nomen capitis Corani, quod سورة الطلاق appellatur. *Kam.*

قُصْرَى *et* قُصَرَى Species viperae. *Kam.*

قَصَّارٌ Abstinens; Fullo, *vel* qui vestes tundendo et lavando mundat. *Kam. Dj.*

قاصرة *Fem.* Brevis. امرأة قَاصِرَةُ الطَّرْفِ Mulier, quae visum ad neminem nisi ad maritum dirigit. *Kam. Dj.*

قَصَارَةٌ Brevitas. *Gol.*

قِصَارَةٌ Ars fullonis, *vel* lotoris. *Kam.*; *et* (*rar. usus*) Brevis.

قُصَارَةٌ Domus ampla custodita, *vel* Domus minor, quam دار, quam nullus nisi dominus intrat. *Kam.*; Conclave, thalamus sponsae. *Gol.*; Superior cutis serpentis. *Gol.* قصارة الارض Pars parva terrae, quae optimas plantas producit, quinquaginta ulnarum spatio et maiore. *Kam.*; Id, quod in cribro remanet post cribrationem, *aliis* in foeno Burgundiaco iam ante excusso, *aliis* superior cortex grani. *Kam.*; Grana in spicis remanentia, postquam excutiebantur. *Kam. Dj.*

قَصُورَةٌ Conclave, thalamus sponsae. *Kam.*; Domi retenta mulier. *Kam. Dj.*

قُصَارَى Extremum, finis. *Dicitur* قُصَاراك ان تفعل كذا Extremum est tuum, ut hoc facias (*i. e.* nil maius facere potes). *Kam. Dj.*

قُصَيْرَةٌ هو ابن عمى قُصَيْرَةً Proxima et germana cognatione patruelis meus est. *Kam.* *Proverb.* قصيرة من طويلة Dacty-

lus ex palma (*adhibetur in contracto sermone*). *Kam.*; Domi retenta *mulier. Kam. Dj.*

قَصَرِي Aliquis procerum haud plebeius. *vide* عَبْقِيّ. *Gol.*

قَصْرِي Grana, quae remanent in spicis, postquam excutiebantur. *Dj.*

قُصَيْرَى Costa pectoris infima, *vel* Costa ultima in latere, *et* Radix colli, *vel* القُصَيْرَيَانِ Duae costae, quae attingunt partem طفطفة appellatam, *vel* attingunt claviculas. (ترقوة). *Kam. Dj.*; Species viperae. *Kam. Dj.*; Extremum, finis. *Dicitur* قُصَيْرَاكَ ان تفعلَ كذا Extremum tuum est, ut hoc facias (*i. e.* nil maius facere potes). *Kam.*

قَوْصَرَةٌ *et* قَوْصَرَّةٌ Vas asservandis dactylis destinatum. *Kam. Dj.*; Canistrum ex arundine vel vimine contextum condendis dactylis aut frumento; *et per Metonym.* Mulier. *Kam.*

أَقْصَرُ *Fem.* قَصْرَآءُ *Pl.* أَقَاصِرُ Brevior. *Kam. Dj.*; Morbo colli, qui قصر dicitur, laborans. *Kam.*

أَقَاصِيرُ *Pl.* Vada. *Jac. Schult.*

أُقَيْصِرُ Nomen idoli. *Kam.*

تِقْصَارٌ *et* تِقْصَارَةٌ *Pl.* تَقَاصِيرُ Torques (*propr.* brevis). *Dj.*

تَقَوْصَرَ *Idem quod* تَقَاصَرَ. *Kam.*

تَقْصِيرٌ Signum pelli iumenti inustum. *Kam.*; Defectus. *Jac. Schult.*

مَقْصَرٌ Vespera. *Kam.*

ليس عنى مَقْصَرٌ Non potest prohiberi, quin ipsum adeam. *Reisk. ad Gol.*

مَقْصِرٌ Extremitas. *Hamas. p.* ٧٩٧; *i. q.* دُونٌ Minus, *quam quod petitur c.* من. *Gol.*

مِقْصَرٌ Instrumentum, quo fullones inter lavandum pannum tundunt.

مَقْصَرٌ *i. q.* قَاصِرٌ Circum quam pecora pascuntur *aqua*; Annosa *ovis. Gol.*

مُقْصِرٌ Annosa *ovis, capra. Dj.* ماءٌ مُقْصِرٌ Aqua, circa quam pecora pascuntur, *aliis* a pabulo remota, *aliis* frigida. *Kam.*

مُقَصِّرٌ Fullo, *vel* qui vestes tundendo et lavando mundat. *Kam.*; Imbecillis. *Gol.*

مُقَاصِرٌ Palatium e regione alterius habens. *Dicitur* هو مقاصرى Eius palatium e regione mei est. *Kam.*

مَقْصَرَةٌ *Pl.* مَقَاصِرُ *i. q.* قَصْرٌ Mixtura tenebrarum; Vespera. *Kam.*; *et* المَقَاصِرُ Postremae vesperae partes. *Kam. Dj.*

مِقْصَرَةٌ Lignum fullonis et lotoris. *Kam.*

مَقْصُورٌ Vox, quae super ا Meddam non habet. *Gramm. In arte metrica* Pes mutationi obnoxius, quae قَصْرٌ appellatur. *conf. Darstell. d. Ar. Versk. p.* 92. مَقْصُورَةٌ Cognomen homoioteleuti, cuius finis ى est. *Darstell. d. Ar. Versk. p.* 310 *adn. In arte autem rhetorica* Specialis facta describendo res additâ alterâ. *Una haec res appellatur* المقصور, *altera* المقصور عليه. *conf. vocem* قَصْرٌ.

مَقْصُورَةٌ *Pl.* مَقَاصِيرُ Adytum *templi. Dj.*; Conclave domus, thalamus sponsalis. *Kam.*; Domus ampla et munita, vel quae est minor, quam دَارٌ, quam nullus nisi dominus intrat. *Kam.*; *it.* Habitaculum parvum (*ut videtur*). *Calil. Videtur* Cella (subterranea), ubi vinum reconditur. *conf. Fakih. Alchol. p.* ٩٣. *conf. Reisk. ad Abulfed. Annal. T. I. p.* 346; Domi retenta *mulier. Kam.* هو ابن عمى مَقْصُورَةً Proxima et germana cognatione patruelis meus est. *Kam.*; *Pl.* المَقَاصِيرُ Postremae vesperae partes. *Kam.*; Latera et extremae partes *disci.*

قُصْطَاسٌ *i. q.* قسطاس. *Kam.*

قَصْطَبِيرٌ Penis. *Kam.*

قَصْطَلٌ *i. q.* قَسْطَلٌ Pulvis.

قَصْطَالٌ *Id.*

قَصَعَ *F. a. n. a.* قَصْعٌ 1) Deglutivit sorbendo *aquam. Kam.*; In ventrem demisit *camela ruminatam pabuli partem c.* ب, *vel* implevit buccas suas, *vel eandem* sursum eductam manducavit *c.* ب, *vel* hoc est post actum دَسْعٌ appellatum et ante actum مَضْغٌ, *vel* implevit illa os, *vel*

vehementius manducavit. *Kam. Dj.*; 2) Sedavit *aqua sitim c. a. Kam. Dj.*; 3) Compressum inter ungues *pediculum* necavit *c. a. Kam. Dj.*; 4) In superiore parte capitis percussit *aliquem* expansa manu *c. a. p.*, *vel eius caput c. a. r.* (*hic*, *cui tale fit*, *non crescere putatur*). *Kam. Dj.*; Suppressit *Deus adolescentiam alicuius*, ut incrementum capere non posset *c. a. r. Kam. Dj.*; 5) Parvi fecit, despexit, contemsit *aliquem c. a. p. Kam. Dj.*; 6) (*F. i. Dj.*) *n. a.* قَصْع Ingressus fuit *mus campestris foramen suum c. a. Gol.*; 7) Assidue mansit *domi*, affixus *domo* fuit *c. a. l. Kam.*; 8) Tursit, impletum fuit *sanguine vulnus c.* ب *r. Kam.* b) قَصِعَ *n. a.* قَصْع, قَصَع *et* c) قَصُعَ *n. a.* قَصَاعَة Non profecit ex nutrimento, nec incrementum cepit *adolescens. Kam. Dj.* II *n. a.* تَقْصِيع Restrinxit *aqua sitim c. a. Kam.*; Assidue mansit *domi c. a. Kam.*; Ex via per montem prodierunt *homines. Kam.*; Se involvit *vesti suae c.* فى. *Kam.*; Prodiit e terra *seminis germen. Kam.*; Eiecit *mus campestris* terram e foramine suo. *Kam.* IV Repentina caede occidit *c. a. p.* V Impletus fuit *sanie furunculus c.* ب *r. Kam.*

قَصْع *pro* قَصْع Deglutitio haustae aquae, *vel* pabuli ruminati. *Gol.*

قَصِع *F.* ة Iusto incremento destitutus *adolescens. Kam.*

قَصْعَة *Pl.* قَصَع, قِصَاع, قَصَعَات Scutella, lanx escaria. *Kam. Dj.*, quae decem personis sufficit. *Harir. p.* ٣٣٣. *conf.* صحفة, *pec.* profundior, *et* similis formae capsa non operta. *Gol.* قصعة الصعاليك *et* قصعة المساكين Cognomen sideris coronae borealis. *conf. Ideler Untersuch. p.* 58.

قُصْعَة *Pl.* قُصَع Praeputium *pueri*, quum largum est, ut eius glans prodeat. *Kam.*; Foramen muris campestris, quod intrat. *Kam.*

قُصَعَة Foramen muris campestris, quod intrat. *Kam.*

قَصِيع *F.* ة Iusto incremento destitutus *adolescens. Kam. Dj.*

قُصَعَاء, قَاصِعَاء, قُصَاعَة, قُصَعَة *Pl.* قَوَاصِع Foramen muris campestris, quod intrat. *Kam. Dj.*

قُصَيْعَة Scutella cibaria. *Kam.*

مِقْصَع Secans *gladius. Kam.*

مَقْصُوع *F.* ة Incremento carens *adolescens. Kam. Dj.*

قَصْعَل *et* قُصْعُل Vilis, despectus. *Kam.*; Scorpio, *aliis* foetus scorpionis. *Kam.*; Scorpio parvus. *Kam.*; Lupi foetus. *Kam.*

اِقْصَعَلَّ Summum attigit coelum *sol. Kam.*

قَصَفَ *F. i. n. a.* قَصْف 1) Fregit *navim* quassando *ventus c. a. Kam. Dj.*; 2) Trusit impulitque, uti in hominum confluxu fit. *Kam.*; 3) *n. a.* قَصِيف Vehementer sonuit *ventus*, *et* fragore *tonitru. Kam. Dj.*; 4) Saltavit cum clamore (ludens) (*sed est vocabulum serioris aetatis*). *Kam.*; Luxuriose vixit; 5) *n. a.* قُصُوف Assiduus fuit in cibo sumendo potuque. *Kam.* b) قَصِفَ *F. a. n. a.* قَصَف 1) Infirmus, flaccus fuit, *de ligno. Kam. Dj.*; 2) Incurvata fuit prae longitudine *planta. Kam.*; 3) Rupta fuit in latitudinem *hasta. Kam.*; In medio fractus fuit, *de dente. Kam.*; Ruptus fuit, non separatis partibus, *de hasta. Kam.* IV Tenuis fuit *arbor* أرطى. *Kam.*; Luxuriose vixit. V Fractus fuit. *Kam. Dj.*; Collectus, congregatus fuit, *de re. Kam.*; Lusit. *Kam.* VI Collectus, congregatus fuit et se invicem compressit, *de gente. Kam.* VII Fractus fuit; Impulsus trususque fuit. *Kam.*, *in confluxu*; Abiit recessitque *ab alio* praeteriens *c.* عن *p. Kam.*

قَصْف Saltatio cum clamore in ludo (*sed est vocabulum serioris aetatis*). *Kam.*

قَصِف In duas medias partes fractus. *Kam.*; Infirmus, flaccidus, *de ligno. Kam.*; Animo celeriter fractus *vir. Kam.*; Is, qui non ferre potest famem, sed laxus fit. *Kam.*

قَاصِف Frangens *ventus. Dj.*; Vehementer sonans, *de tonitru. Kam. Dj.*; In arctum convenientes, sese comprimentes *homines. Gol.*

قَصَاف Mulier crassa. *Kam.*

قَصْفَة Mugitus cameli, *et quidem* vehementior. *Dj.*; Mutua hominum pressio in densa turba. *Kam. Dj.*; *Pl.* قَصْف, قُصْفَان Tumulus arenae a maiore eius parte abruptus. *Kam. Dj.* (*vel potius* قَصَفَة); (*conf.* قَصْمَة) Gradus in scalis. *Kam. Dj.*; Tenuitas *arboris* أرطى. *Kam.*

قَوْصَفٌ *i. q.* قَطِيفَةٌ. *Kam.*

قَصِيفٌ Strepitus, quem edit admissarius. *Kam.*; In duas medias partes fractus, *de re. Kam.* قصيف البطن Qui esuriens laxum habet ventrem neque ferre potest famem. *Gol.*; Fractus, *de arboris ramo. Kam. Dj.*; Nomen plantae: Ruellia strepens. (*conf.* غبار.) *Forsk. Flor. Aeg. Ar.* cxv.

أَقْصَفُ (*conf.* أَقْصَمُ) Dentes per medium fractos habens. *Kam. Dj.*; Magis infirmus, flaccus, *de ligno.*

مقصف *Pl.* مَقَاصِفُ Locus amoenus sed abditus, quem adeunt, qui compotationibus et bacchanalibus libere indulgere cupiunt. *conf. Fakih. Alchol. p.* ١٩٨.

قَصْفَلَ Edit omnino *cibum c. a. r. Kam. conf.* قصبل.

قَصْقَصَ Vocavit ad se *catulum c.* ب. *Kam.*

قَصْقَصٌ Sonus. *Kam.*; Locus in pectore, ubi proveniunt pili. *Kam.*

قُصْقُصٌ Crassus, *aliis* brevis *vir. Kam. Dj.*

قُصَاقِصٌ *F.* ة *Pl.* قَصَاقِصُ *et* قُصَاقِصَاتٌ *Id. Kam.*; Crassus, *de leone. Kam.* حَيَّةٌ قُصَاقِصٌ Serpens foedus. *Kam.* جمل قصاقص Camelus robustus. *Kam.*; Magnus, *de camelo. Dj.*

قَصْقَاصٌ Crassus, *aliis* brevis, *de viro. Kam.*; Crassus, *de leone. Kam.*; Malignus dirusque *serpens. Dj.*; Rugiens *leo.*

قُصْقُصَةٌ Corpore brevis, *aliis* crassus, *de viro. Kam.*; Crassus, *de leone. Kam.*

قَصَلَ *F. i. n. a.* قَصْلٌ 1) Secuit *c. a. Kam. Dj.*; 2) Sectum viride frumentum pro pabulo praebuit *equo c. a. vel* على. *vide* قصيل *seq. Kam. Dj.*; 3) Excussit *triticum c. a. r. Kam.*; 4) Percussit *cervicem c. a. r. Kam.* V *et* VII Sectus fuit. *Kam.* VIII Secuit *c. a. Kam.*; Sectus fuit. *Kam.*

قَصْلٌ Flos arboris سَلَم appellatae. *Kam.*; Partes, quae mundando separantur a tritico et abiiciuntur. *Kam.*

قِصْلٌ Partes, quae mundando separantur a tritico et abiiciuntur. *Kam.*; *F.* ة Vilis ac debilis; Stultus, in quo nil boni est, *aliis* Qui sui non potens est prae stultitia. *Kam.*; Agmen camelorum, *vel* a decem ad quadraginta. *Kam.*

قَصَلٌ Partes, quae mundando separantur a tritico et abiiciuntur. *Kam. Dj.*

قَاصِلٌ Secans *ensis. Kam.*

قَصْلَةٌ Mollis, flexibilis *arbor. Kam.* *Aliis* Sectae segetis merges. *Kam.*; Agmen camelorum. *Kam.*; Armentum ovium et caprarum. *Kam.*

قِصْلَةٌ Agmen camelorum. *Kam.*, *ut* 30 *vel* 40. *Gol.*

قَصِيلٌ Resecta viridis seges. *Kam. Dj.*, *pro equorum pabulo*; Agmen. *Kam.*

قَصَّالٌ Secans *ensis. Kam. Dj.*; Leo. *Kam.*

قُصَالَةٌ (*conf.* قُصَارَةٌ) Quod mundando separatur a tritico et abiicitur. *Kam. Dj.*

قُصَيْلَةٌ Brevis, largus, *de camelo*, *homine. Kam.*; Umbilici exitu et tumore laborans, magnus ventre, compactus *vir. Kam.*

اِقْتَصَلَ Cepit, prehendit *c.* ب *r. Kam.*; Substitit *loco c.* ب *l. Kam.*

مِقْصَلٌ Secans *gladius. Kam. Dj.*; Promtus, acris, *de lingua. Kam.*

مِقْصَالٌ Acutus *ensis*; Promtus et acris, *de lingua.*

قُصْلُبٌ Robustus, durus, fortis. *Kam.*

قَصَمَ *F. i. n. a.* قَصْمٌ 1) Fregit *rem*, ut separarentur partes, *aliis* Fregit (*gener. signif.*) *c. a. r. vide* قسم. *Kam. Dj. conf.* فصم; 2) Reversus fuit, unde venerat. *Kam.* V *et* VII Fractus fuit. *Kam. Dj.*

قِصْمٌ, قُصْمٌ Fragmentum *rei. Kam.* (*Vario enim modo vocabulum in traditione enunciatur.*) *In arte metrica est* قَصَمٌ Coniunctio mutationum عَضَبٌ et عصب in uno pede. *conf. Darstell. d. Arab. Versk. p.* 89.

قَصَمٌ Gossypium vetus, *aliis* planta gossypii vetus (عتيق). *Kam.* (*In Kamuso Calc.* قصيم *legitur*, *qui legendi modus videtur falsus.*)

قَصِيمٌ Radix pratorum. *Kam.*

قَصَمٌ Fractura in dentibus. *Kam.*, *it.* Ova locustae.

قَصِمٌ Fragilis. *Kam.*, animo *vel* aetate *vir.* *Dj.*

قَصَمٌ Omnia, quae obvia sunt, frangens. *Kam.* *Dj.*; (قُثَم) Hyaena mas.

قُصْمَةٌ, قِصْمَةٌ Fragmentum *rei.* *Kam.* *Dj.* (*Vario enim modo vocabulum in traditione enunciatur.*)

قُصْمَةٌ Gradus scalae. *Kam.* *Dj.*

قَصِيمَةٌ *Pl.* قَصِيمٌ (*Pl. Pl.* قُصُمٌ *et* قَصَائِمُ) Arenosus locus, producens الغضا plantam, *aliis* Copia plantarum غضا invicem propinquarum, *vel* tale arboretum. *Kam.* *Dj.*

قَيْصُومٌ Abrotonum. *Gol.*; Planta, cuius duae species sunt maris et feminae. (*Usus eius in medicina a Firuzabadio describitur.*) *Dj.*

أَقْصَمُ Fractos in medio habens *anteriores dentes c. g.* *Kam.* *Dj.*; *Fem.* قَصْمَاءُ *Plur.* قُصْمٌ Fractum habens exterius cornu *capra.* *conf.* غضباء. *Kam.* *Dj.* *In arte metrica* Pes, in quo mutatio قَصْم appellata est. *conf. Darst. d. Arab. Versk. p.* 101.

قَصْمَلَ 1) Propinquis gressibus incessit. *Kam.*; 2) Prostravit *aliquem c. a. p.* *Kam.*; 3) Secuit, amputavit *rem c. a. r.* *Kam.*; 4) Omnino edit *cibum c. a. r.* *Kam.*; Vehementer momordit et edit *c. a. r.* *Kam.*; 5) Morbo قُصْمُل appellato periit *pullus cameli.* *Kam.*

قَصْمَلٌ Robustus vir. *Kam.*

قُصْمُلٌ Leo. *Kam.*; Robustus vir. *Kam.*

قُصْمُلٌ Morbus, quo pereunt pulli ablactati camelini. *Kam.*

قُصَمِلٌ Robustus vir. *Kam.*

قَصْمَلَةٌ Animalculum incidens in dentes molares. *Kam.*; Residuum *aquae aliusve rei in vase.* *Kam.*

التقمه القَصْمَلَى Deglutivit id vehementer. *Kam.*

مُقَصْمِلٌ Leo. *Kam.*; Firmo, duro baculo praeditus *pastor.* *Kam.*

قَصَنْصَعٌ Brevis, contractus. *Kam.*

قَصَا *F. o. n. a.* قَصْوٌ, قُصُوٌّ, قَصًى, قَصَاءٌ 1) Distitit, procul abfuit *locus.* *Kam.* *Dj.*; 2) *n. a.* قَصًا, قُصُوٌّ, قَصًى Longius abfuit et recessit *a gente c.* عن. *Dj.*; 3) *n. a.* قَصْوٌ In extremitate auris mutilavit *camelum, ovem c. a.* *Kam.* *Dj.*; 4) Vicit, superavit longa distantia *aliquem c. a. p.* *Kam.*; 5) *F. i. n. a.* قَصًا Extremitatem *loci aut rei* attigit *visus c. a.* *Djeuh.* b) قَصِيَ *F. a. n. a.* قَصًى, قَصَاءٌ Distitit, procul abfuit *a vicinis mansio c.* من. *Kam.* *Dj.* II (*conf.* قص) Mutilavit in extrema aure *ovem, camelum c. a.* *Kam.*; *n. a.* تَقْصِيَةٌ Praecidit *ungues* (*pro* قصص). *Kam.* *Dj.* III Certavit et contendit *cum alio*, *pec.* uter longius abesset *c. a. p.* *Kam.* *Djeuh.* IV Longe removit, Effecit, ut longe remotus esset *c. a.* *Kam.* *Dj.*; Exterminavit *c. a.* *Gol. ex Psalm.* XXVI, 15; Acquisivit habuitve camelam قصية appellatam. *Kam.*; Custodivit, observavit latera exercitus. *Kam.* V Longe remotus fuit *c.* عن; Effugit *c.* من; Summa diligentia usus est, ad extremum pervenit *in re.* *Kam.* *Dj.* على التقصى Sedulo. X Longe removit. *Jac. Schult.*; Summa diligentia usus fuit, summum tentavit *aliqua in re*, *et* Longe provectus fuit *in quaestione etc. c.* فى. *Kam.* *Dj.*; Abbreviavit (narrationem), *vel contra* Omnino ad finem perduxit nulla re omissa (كتاب الاضداد).

قَاصٍ *Pl.* أَقْصَاءٌ *Fem.* قَاصِيَةٌ Remotus, longe distans *locus, terra.* *Kam.* *Dj.* نعجة قَاصِيَةٌ Decrepita ovis. *Kam.*; Tractus terrae, plaga; *Pl.* القَوَاصِى Extremitates. *Reisk. ad Gol.*

قَصًا Mutilatio in extremitate *auris cameli vel ovis*, ita ut paulum amputetur. *Kam.*

قَصًا *et* قَصَاءٌ Atrium domus. *Kam.*; Latus, regio. *Kam.* *Dj.* *Dicitur* هو فى قصاه In regione eius est. *Kam.* حطى القصا Remotus sis a me. *Kam.*; Cognatio remota. *Kam.*

قَصْوٌ Atrium seu impluvium domus. *Gol.*

قَصْوَةٌ Signum in auris extrema parte. *Kam.*

قُصْيَا *et* قُصْوَى *Fem.* Extremitas remota. *Kam.*; Extremitas vallis. *Kam.*; Dissita, longius remota *regio, plaga.* *Dj.* (*In codice Djeuh. est* قُصْيَا.)

